

LA CRISTIADE

DI

MARCO GIROLAMO VIDA

DI CREMONA

TRADOTTA IN OTTAVA RIMA

DAL SIGNORE

DOMENICO BARTOLINI

COL TESTO LATINO IN FRONTE

VOL. II.°





NAPOLI,
DALLA STAMPERIA E CARTIERA DEL FIBRENO
Largo S. Domenico Maggiore N.° 3.
1833



M. HIERONYMI VIDAE

ALBAE EPISCOPI

CHRISTIAS

LIBER QUARTUS.

Hic Juvenis, facie quo tum non gratior alter,
Puberibusque annis erat ingrediente juventa,
Multa prius veniam praefatus, multa recusans,
Verba diu premit:

DELLA CRISTIADE

DI

MARCO GIROLAMO VIDA

CANTO IV.

ARGOMENTO.

Narra Giovanni da l' etereo tetto
L' Angelica caduta; il Dio lustrato
Tra l' onde del Giordan; qual sia l' eletto
Seguace stuol; ogni prodigio oprato;
Guarito un uom di mille furie infetto;
Come Dio da Satàn fosse tentato;
Quanto disse da barca un mar fendendo;
E d' eterna Giustizia il dì tremendo.

I.

Il fido socio allor, colui prestante
Per le grazie del viso elette e rare,
Cui non v' ha chi in vaghezza inceda innante
Tra quei cui 'l fior di gioventù n' appare,
Forte rilutta, e molte fiate avante
Umil chiede la venia in tanto affare.
Lunga pezza l' accento ei tien soppresso,
Sì che un motto non anco ha il labbro espresso.

inde animo mortalia linquens
Paullatim, oblitusque hominem penetralia Divûm
Mente subit coelum peragrans, fruiturque beato
Caelituum aspectu, omnipotentique aetheris aura,
Admissus superam depasci lumine lucem,
Inque Deo tota defixus mente moratur.

Qualis ubi alta petens terris aufertur ab imis
Alituum regina, vagas spatiata per auras
Dat plausum gyro, atque in nubila conditur alis:
Aetherea jamque illa plaga levis instat, et acrem
Intendens aciem criniti lumina solis
Suspicit, obtutuque oculos fixa haeret acuto.

Illum adeo tacitum interea mirantur, in unum
Versi omnes, velut exanimum, somnoque gravatum,
Et crebri excutiunt: demum sibi redditus ipse
Cum gemitu ex imo sic fari pectore coepit:
Principio Pater omnipotens rerum sator, et fons,
Ingens, immensus, solus regnabat ubique.

II.

Poi slacciando lo spirito dal frale,
Immemore dell' uom col suo pensiero
A' recessi de' Numi allor ne sale,
E, discorso del Ciel l' ampio sentiero,
Fra il consesso divin dell' immortale
Supern' aura si pasce: al gran doppiero
Ivi ammesso a goder dell' alma luce,
Fermo rimira l' increato Duce.

III.

Sì degli alati la regina il corso
Ratto ne tragge su l' aëree sponde,
E 'l liquido sentier veloce scorso,
L' ale in giro squassando, in Ciel s' asconde:
Ella lieve si libra a' vanni, in dorso
All' eccelsa region dell' etra, donde
Al più raggiante Sol gli sguardi sui
Rivolge ardita, e stassi fisa in lui.

IV.

Miran tutti il garzon tanto silente,
Quasi salma mortal vota di spiro
O in sonno immersa: e scoton lui sovente.
In sè riede, e, dal cor tratto un sospiro,
Favellare in tal guisa alfin si sente:
Nel principio il gran Re dell' alto Empiro,
Delle cose l' immenso Autor Divino,
Da per tutto Egli sol tenea domino.

Nondum sydereos mundi profuderat orbes:
Nondum mundus erat, necdum ibant tempora in orbem;
Nullaque caeruleo radiabant lumina coelo.
Quidquid erat, Deus illud erat, quodcunque, ubicumque
Complexus circum, penitus se se omnis in uno.

Filius huic tantum, quem non effuderat ulla
Vel Dea, vel solito mortali foemina partu:
Ipse sed aeterna Genitor conceperat illum
Aeternum aeternus (dictu mirabile) mente:
Haud olli terreni artus, moribundave membra;
Sed sine corpore erat Patris alta ut mente supremi
Conceptum, arcanoque latens in pectore Verbum.

Quod nondum in volucres vox edita protulit auras,
Omnipotens Verbum, finisque, et originis expers,
Quo mare, quo tellus, quo constat maximus aether.
Utque Pater Deus, aeque etiam Deus unica Proles:
At geminos tu proinde Deos fuge credere porro;
Numen idem simul ambobus, Deus unus uterque est.

V.

Dall' eccelsa sua man non anco sculto
S' era un giro stellante, e non ancora
Era il Mondo del nulla in fuor risulto:
Non roteava ancor la rapid' ora,
Nè luminare alcun nel Ciel soffulto
Miravasi raggiar. Quant' era allora
Delle cose e de lochi il pien complesso,
Tutto era il Nume, ed Egli sol con Esso.

VI.

Unico Figlio Ei tien che donna o Diva
Unqua a luce non diè con parto usato:
Ma (ciò che più la maraviglia avviva)
L' Eterno Genitor l' ha generato
Con la mente ab eterno; e già fu priva
La Grand' Alma di membri: ha Dio formato
Incorporeo il suo Verbo in mente, e stretto
Arcanamente infra il Paterno petto.

VII.

Questo Verbo non anco avea patente
Reso suono verun d' opre Divine:
Era prima del tempo e onnipossente,
D' ogni origine scevro e d' ogni fine,
Ond' è la terra, il mar, l' etra esistente.
E quale il Genitor, tal Nume è infine
Quest' unico Figliuol: però due Dei
Non son Essi; ma un sol creder ne dei.

Quin etiam, quo inter se ambo junguntur, Amorem
(Namque ab utroque venit conspirans mutuus ardor)
Omnipotens aeque Numenque, Deumque vocamus,
Afflantem maria, ac terras, coelique profunda,
Afflatu quo cuncta vigent, quo cuncta moventur :
Tresque unum esse Deum, ter Numen dicimus unum.

Quove magis mirere, Deus, quem cernimus ipsi
Factum hominem, atque hominum mortali corpore cretum,
Non minus ac prius, aetherea nunc regnat in aula
Cum Genitore, pari simul omnia numine torquens.
Nempe locis nullis, spatiis non clauditur ullis,
Omnibus inque locis idem omni tempore praesens,
Suffugiens nostras acies, sensuque remotus,
Cuncta replet Deus, ac molem se fundit in omnem.

Lux humiles veluti perfundens lumine terras
Solis ab orbe venit, suppostaque circuit arva ;
Non tamen aethereo divisa ab sole recedit
Illa usquam, quamvis longinquas ambiat oras ;
Nec sine sole suo est lux, nec sine luce sua sol.
Quid vero impulerit tantos adiisse labores,
Atque haec ferre Deum, dum morti obnoxius errat,
Dicam equidem, et repetens altas ab origine causas
Expediam.

VIII.

Anzi l' Amor onde son ambi uniti
(Poi che l' un l' altro investe un mutuo ardore)
Non v' ha chi un Nume egual nol chiami e additi,
Che in terra, in Ciel, nel fluttuoso umore
Spira sì, che alle cose in tutt' i liti
Movimento Egli dà, vita e vigore:
Quindi diciam quanto si crede appieno,
Che questi tre l' unico Nume fieno.

IX.

Ti prenderà stupor che Questi uom reso,
E coverto di nostra inferma spoglia,
Non men che pria col Genitor l' esteso
Regno s' abbia del Ciel nell' alta soglia:
Chè ogni loco e ogni spazio il tien compreso,
E presente è tuttor dovunque Ei voglia;
Alla vista nascoso, estraneo a' sensi,
Empie tutto, ed a' corpi infuso attiensi.

X.

Come la luce, che la terra investe
Di suo splendor, tutto penètra intorno,
Scesa dal Sol da la region celeste:
Però non lascia il portator del giorno;
Chè il Sol dà luce, ed ella il Sol riveste.
Poi ciò che mosse il Nume a tanto scorno,
A tanti crucci e pene infino a morte,
Dirollo; e fian le prime cause scorte.

Coelum, et coeli quos suspicis orbes
Vix Opifex rerum extuderat, terrasque jacentes,
Cum simul aligeros populos, sanctosque volucres,
Ter ternas acies, celerem, et sine corpore gentem,
Qui coeli incolerent ipsos septemplicis orbes,
Condidit aeterno Genitor succensus amore,
Ut sua, qua fruitur solus, Natusque per aevum,
Communis foret, et multis concessa voluptas.

Continuo, fuerat quos aequum dicere laudes
Auctorique, Deoque suo, ac persolvere grates,
Regnandi vesanus amor (quis ferret inultus?)
Haud partem exiguam invasit, furiisque subegit,
Ut cuperent summo se se praeferre Parenti
Immemores, animis victi, caecique furore.

Non tulit omnipotens sator, et meliora sequutos
Armavit contra (nulla hinc mora) talia adortos,
Indecores coelo sedes detrusit in imas,
Noctis ubi horriserae nigror, aeternaeque tenebrae.

XI.

Quando produsse il Facitor del tutto
L'umil terra, le sfere e 'l Ciel che miri,
D'affetto pien, da eterno Amor condutto
Nove Cori creò d'alati Spiri,
Presti al volo, e incorporei; e ognun ridutto
Fu a scorrere del Ciel gl'immensi giri:
Chè in eterno comune a più volea
L'alta delizia che col Figlio il bea.

XII.

Allor tra quei che giusta lode e culto
Dovean mai sempre al Creator n'assalse
Molti a regnar l'ambiziön: (chi inulto
Ciò soffrirebbe?) sì il furor prevalse,
Che immemori di loro infra il tumulto,
Il proprio amor, quello di Dio non valse,
E' rubelli investì cieco desio
Di sovrastar, non d'eguagliarsi, a Dio.

XIII.

Ma di lor non soffrì l'orgoglio orrendo
L'immenso Facitor: senza dimora,
D'alto furor, d'ira Divina ardendo,
Quanti il giusto seguîr fedeli, allora
Tanti a schiere ne unì, n'armò tremendo;
Onde spinse del Ciel l'indegno in fuora
Che tanto osò ne la profonda sede
D'eterno orror, dove più il dì non riede.

Primus natus homo hinc, terris quem maximus Auctor
Et liquidis late dominum praefecerat undis,
Quo mox pro Superis excussis astra teneret,
Desertasque domos ipse, et genus omne suorum,
Omnigenumque uni subjecit secla animantum,
Squamigerum pecudes, et pennis picta volantum
Corpora, montinagumque simul genus omne ferarum.

Tantum floriferis dominum cum imponeret arvis,
Arboris unius foetu illum parcere jussit:
At vetito captus mali infelicis amore
Conjugis hortatu, quam fraude illexerat anguis,
Immemor heu superi violavit foedera Regis.

Vix avido arreptum pomum foedaverat ore,
Cum Pater imbripotens jam fulva e nube tonare
Desuper auditus, saevasque indicere poenas
Iratus, quas ille olim, quas omnis ab illo
Progenies lueret lucis ventura sub auras:
Continuo ingenti coelo sunt addita claustra.

XIV.

Indi l' uomo primier surse, cui solo
Su la terra e sul mar diè Dio l' impero,
Onde poi gisse su l'etereo Polo
Co' posteri a seder dove l' altero
Aligero godeva infando stuolo.
Ebbe d' ogni animal domìno intero,
E di pesci squamosi e pinti alati,
E di fere vaganti a' monti e a' prati.

XV.

E quando il fe signor di bel giardino,
Di gustar gli vietò fra mille sorte
Di rari frutti un sol l' Autor Divino:
Ma per lusinga de la rea consorte,
Vinta dal drago insidioso e fino,
Del pomo apportator di duolo e morte
Da insensato desir fu preso, e intanto
Il divieto Divin rimase infranto.

XVI.

Non sì tosto affondò l' ingordo dente
Infra il pomo fatal, che in alto udissi
Da una nube tonar quel Dio possente
Che confonde co' turbi e Cieli e abissi,
E' gran gastighi palesar furente
Ch' a la coppia e a la prole Ei volle infissi:
Dell' eterna magion, del Cielo immenso
Ratto chiuse le porte il Nume offenso.

Impia tum primum proles exorta repente ;
Et subito tellus scelere est imbuta nefando.
Emersit fraus , emersit malesuada libido :
Hinc durus generi humano labor additus , hinc fons
Curarum , et tristis patefacta est janua leti ,
Morbique et dolor , atque fames et turpis egestas :

Cum genus humanum curis sine degere posset ,
Plurimaque in terris vivendo vincere saecla.
Ex illo sine more homines , sine lege per agros
Degebant : tantum placabant sanguine fuso
Caelicolûm Regem , bonus ut gregibusque , sibique
Afforet , atque satis vim coeli averteret arvis ;
Indociles , rerum ignari , ac rationis inanes.

Isque fere status annorum bis millibus orbi
Constiterat ; jam jamque magis Pater optimus iras
Oblitus veteres paullum mitescere coepit.
Nondum homini tamen aethereum patefecit olympum ;
Sed genus humanum fingens , acuensque monendo ,
Et leges dedit , et ritus , moremque sacrorum.

XVII.

Una gente nefanda allor ne nacque
La prima fiata, e l'ima terra a un tratto
A nera sceleraggine soggiacque:
La frode emerse, e ad ogni mal fu tratto
Da turpissimo amor l'uomo che giacque,
Fra cure e fra fatiche il cor disfatto,
Di morbi e duol, di fame e inopia carco;
Ed aprissi alla morte infine il varco.

XVIII.

Tal si ridusse l'uom; quando potea
Sulla terra passar privo di stento
Un'etade più lunga. Allor vivea
Senza legge e costume a' campi: intento
Con sanguinose offerte ei sol si fea
Dall'Eccelso a implorar per sè e l'armento,
E pe' campi il favor; del tutto ignaro,
Ruvido e duro e di ragione avaro.

XIX.

Una vita sì trista i rei mortali
Più secoli durâr. Del giusto sdegno
Poi Dio si mosse a rattener gli strali.
Nè peranco però sull'alto regno
Pose l'uomo a seder tra gl'immortali:
Ma formandogli il cor, nel rese degno;
Onde gli diè consigli, e col suo dito
Leggi gli scrisse ed ogni sacro rito.

Instituitque genus nostrum discriminis ergo,
Lege jubens testa circum praecidere acuta
Exiguam, unde viri sumus, omni in corpore partem.
Tum vatum implevit venientis pectora veri,
Qui populis laetum canerent demum affore tempus,
Janua aperta piis coeli cum sponte pateret.

Casti autem interea manes, animaeque piorum
Sub terram umbrosa expectabant valle sedentes:
Jam vatum memores numerabant tempora, et ambas
Tendebant paribus votis ad sydera palmas,
Caelestum Regem orantes, desisteret ira,
Parceret unius genus omne extinguere culpa.

Parce, Pater, parce, Omnipotens, vox omnibus una:
Nos promisso olim, longe disjungimur unde
Luminis expertes blandi, memor affore coelo.
Haud nos eduxti nequicquam lucis ad auras:
Si qua tamen veteris superent vestigia culpae,
Dilue rore tuo facilis, fontesque reclude
Divinos.

XX.

E a render le sue genti manifeste,
Con coltello di selce Ei volle impresso
Distinto segno in la mortale veste,
Incidendo dov'è di maschio il sesso.
Indi i Vati inspirò d'ardor celeste,
Onde predir, che fora un dì concesso
Mirar del vero già squarciato il velo,
E aperto a' Giusti il desiato Cielo.

XXI.

Quell' Alme pie, che in tenebroso chiostro
Da secoli giacean, l'etereo tetto
Sospiravano già che fia dimostro;
E, in rimembrar de' sacri Vati il detto,
Numeravano i tempi, e al Padre nostro,
Su tendendo le man, chiedean che in petto
Ei temprasse il furor, nè fia distrutto
Per la colpa d'un uomo il germe tutto.

XXII.

Padre, pietà (dicean), possente Duce:
Privi di lume, il Cielo tuo fulgente
Ben lunga etade a desiar c'induce.
No, che i mortali invan, gran Dio, dal niente
Non traesti a veder l'aura di luce:
Se del fallo primiero ancor patente
Un vestigio riman, le tue divine
Fonti disserra, e lo dilava alfine.

★

O quis Superûm caelestia tandem
Flumina, caelestes nobis bonus irriget imbres!
Vos o flammiferi labentes aetheris orbes
Irrorate: vagae nobis succurrite nubes,
Optatam pluviam, felicem effundite rorem.

Tuque adeo, quem jam expectant tot saecula votis
Promissum, inferni cui nutant moenia mundi,
Summi vera Patris soboles, coeli aureus imber,
Rumpe moras, age; sydereos rumpe ocyus orbes,
Aetheris huc fractis vi multa allabere portis.

Talibus orabant omnes, eademque canebant;
Quos Pater omnipotens Superûm sarcire ruinas
Jam meditans, coeli penitus miseratus ab arce est.
Cum vero aethereas nutu recludere portas
Posset, et alitibus potius de civibus unum
Mittere, qui regnis manes divelleret atris,
In Superûm referens sedes, stellantia templa;

XXIII.

Chi dall' alte magioni in Ciel fastose
Infra beati abitator cotanti
Asperger ci vorrà di rugiadose
Salutifere stille? O voi brillanti
Globi che 'l Nume a rotear ne pose,
E voi pallide nubi ognor pregnanti
Che in vago corso il basso Ciel solcate,
Di benefiche gocce or c' irrorate.

XXIV.

E tu di tanti secoli desìo,
Alma speme del mondo, al cui volere
Pende la terra, o del superno Dio
Vieni vero Figliuol, dell' alte sfere
Aureo nembo, ver noi propizio e pio:
Via su t' affretta; e al sommo tuo potere
Lo stellifero Ciel si fenda, e omai,
Rotte le porte, noi veggiam tuoi rai.

XXV.

Tutte oravan così l' Alme dicendo;
Quando il Padre Divin dall' alto Empiro
Alfin s' impietosì, covrir volendo
Le vote sedi d' ogni fello Spiro.
Ei poteva spiccar nel chiostro orrendo
Aligero garzone, e, a un sol suo spiro
Già dischiuse le porte al bel soggiorno,
L' Alme al tempio ritrar di stelle adorno:

Ipse sui ut memores magis, ac majoribus arctos
Vinciret meritis homines, qui cuncta piaret,
Factum hominem, e summo Natum ipsum misit Olympo.
Ne tamen ignaris mortalibus appareret,
Ignotusque, novusque, suis neve illicet illum
Finibus arcerent pulsum, quod se ipse Deimet
Progeniem leges contra memoraret avitas;

Praemisit vatem egregium his in finibus ortum,
Nomine Joannem, Helisabe quem Numine plenum
Zachariae extrema parit infoecunda senecta,
Gentibus ipse Deum ut natum praenuncius ore
Proderet, atque sua spes fesso ostenderet orbi.

Ille hominum primis vitans vestigia ab annis,
Horridus in solis agitavit montibus aevum,
Montibus, et sylvis, et littoribus desertis:
Speluncae tectum horrentes; victum aspera nullo
Arbuta terra dabat cultu, aut sudantia truncis
Mella cavis; liquidi praebebant pocula fontes;
Vestis erat pellis hirsutis horrida villis.

XXVI.

Ma, onde l' uomo tuttor memore fosse
E stretto più dal suo divin favore,
Il Figlio in terra ad inviar si mosse,
Che fatt' uomo togliesse il prisco errore.
E perchè il rio mortal, le dive posse
Ignorando e l' origo appien, poi fuore
Non l' avesse a bandir, quando esser Prole
Si vantasse di Dio con sue parole;

XXVII.

Sulla terra mandò gran Vate in pria
(E s' appella dal popolo Giovanni),
Che del Nume ripien diè a Zaccaria
La sua sterile moglie allor che gli anni
Vietano a donna che feconda sia;
Onde all' egro mortal tra duri affanni
Dovesse appalesar già nato il Nume,
E giunto alfin di tanta speme il Lume.

XXVIII.

Questi gli anni primier, dell' uomo schivo,
Ispido visse e sol tra selve e all' erto,
In ermo loco di consorzio privo.
In caverne d' orror prendea coperto;
Gli era bevanda il chiaro umor del rivo;
Acerbi pomi di terren deserto
Gli eran cibo e da' tronchi il mel sudante;
Irsuto vello il vestir suo costante.

Tantum laetificas gaudebat spargere voces,
Affatus nemora, et montes, ac littora ponti.
Tanta sed haud latuit virtus tamen: illicet ingens
Fama viri circumfusas penetravit ad urbes.
Jamque illum coelo demissum credere gentes,
Qui, tot veridicae ut quondam cecinere Sibyllae,
Humanum genus horrificis educeret umbris.

Et jam concursu populi illum accedere magno
Scitatum, quisnam, unde domo? quid ferret? an ipse
Afforet e coelo, miseris qui gentibus olim
Auxilio venturus, cum bis, terque rogabant:
Ille sed umbrosis repetebat talia ab antris:

Gaudete, o tenebris jamdudum, ac nubibus atris
Obductae gentes: lux ecce optata propinquat.
Ne vero, ne me ignari vos credite lucem
Promissam (immeritos neque enim furamur honores),
Tantum ego, ceu solem nascentem lucifer ante
Exoritur, nitidoque diem denunciat astro,
Praedico actutum vobis jubar affore vestrum.

XXIX.

Liete voci innalzar solo godea,
Dagl' irti monti infino al mar soggetto
Gridando ognor. Tanta virtù ch' avea
A vicine cittadi e in ogni tetto
La fama appresentò. Già si credea,
Secondo il tuon di Sibillino detto,
Giunto chi l' Alme al fosco lago infisse
Sull' alto Polo a ritirar venisse.

XXX.

Addensavasi già ver lui la gente,
E gran si fea di popolo concorso,
Chi mai si fosse a ricercar sovente,
Di qual legnaggio mai, donde il suo corso
E a che traesse, e se dal Ciel repente
A ristorar l' umano germe accorso:
Ed egli allor da le spelonche ombrose
Scioglieva il labbro a profferir tai cose:

XXXI.

O genti avvolte in nebuloso velo,
Godete alfin, godete: a voi da presso
È il Lume che bramaste ognor. Dal Cielo
Quaggiù venuto non son io quel desso;
Nè tanto onor m' arrogo. Io sol vi svelo
Che fia giunto il gran Sol; com' è concesso
Al foriero del dì l' astro maggiore
Palesare vicin col suo chiarore.

Jam jam aderit Deus: ecce Deus mortalibus oris
Ceu mortalis adest. Venienti occurrite laeti:
Fronde vias festa decorate, tapetibus agros;
Et Numen digno venerati agnoscite honore.

Discite justitiam interea, atque assuescite recto;
Et, Duce me, scelus infectum lavite amne liquenti:
Ipse autem aetherea divinitus eluet aura
Omne malum, ac veteris penitus contagia culpae;
Saeclaque mutato succedent aurea mundo.

Talibus auditis, cunctis ex urbibus ibant
Finitimi, qua Jordanis fluit agmine dulci,
Orantes pacem, atque ultro commissa fatentes;
Quos vates puro nudos lustrabat in amne,
Rite cavis capiti invergens sacra flumina palmis.

XXXII.

Vedrassi or or l' onnipossente Dio :
  Disceso è già del nostro fral vestito
  Sull' egra terra , in questo suol sì rio.
  Ilari gite innante : onor gradito
  A Lui s' appresti inver di voi sì pio :
  Ornate pur di bei tappeti il lito
  E di fronde i sentier : deh ! l' accogliete
  In belle guise e ossequiose e liete.

XXXIII.

L' onesto e 'l giusto d' apparar frattanto
  Deh ! vaghi siate , e a ben oprare intesi :
  Me seguendo , il mortal lurido ammanto
  Dilavate nel rivo , e sì poi resi
  Mondi sarete d' ogni male , infranto
  L' avito laccio che tenea voi presi ,
  Per celeste virtù : s' innovi il tutto ;
  E 'l secolo dell' òr sarà produtto.

XXXIV.

Tanto clamar da convicine piagge
  Ove scorre il Giordan con placid' onde
  Tutti gli abitator repente attragge :
  Ciascun chiede perdon quivi , e diffonde
  Le lagrime su' falli ; ed ei lo tragge
  Infra i gorghi del rivo e tra le sponde ,
  E con concava man su nuda testa
  L' onda lustral per novo rito appresta.

Ecce autem Deus ipse etiam, ceu caetera turba,
Lustrandi se se studio clam tendit ad amnem,
Nil ut inexpertum moribundo in corpore linquat,
Mortali quod fas homini, et subjisse necesse est;
Ne pigeat seros imitari facta nepotes.

Abstinuit primum vates, tactusque refugit,
Agnoscensque Deum, palmas utrasque tetendit
Supplex, accurvusque, vadis mirantibus ipsis:
Paruit inde tamen jussus, divinaque membra
Horrescensque, tremensque liquenti perluit amne.

Protinus aurifluo Jordanis gurgite fulsit;
Et Superûm vasto intonuit domus alta fragore:
Insuper et coeli claro delapsa columba est
Vertice per purum, candenti argentea pluma
Terga, sed auratis circum, et rutilantibus alis;
Jamque viam late signans super astitit ambos,
Caelestique aura pendens afflavit utrumque.

XXXV.

Ecco puranco al bel Giordan vicino,
Come alla turba praticar ne cale,
Venirne occulto il Redentor Divino,
Dello stesso desir come mortale
Spinto, perchè questo sacr' atto infino
Intentato Ei non resti, allor ch' al frale
Dell' uom s' addice, ed è dover; nè poi
Incresca d' imitar gli esempli suoi.

XXXVI.

S' arresta il Precursor, chè 'l Dio del mondo
Non ardisce toccar, già scorto il Nume;
E, distese le palme, onor profondo
Curvo gli rende, in supplicar dal fiume
Che stette a lo stupor: poi tremebondo,
D' almo orrore compreso a tanto Lume,
Cedendo a' cenni alfin del suo Signore,
Su gli versa il lustral limpido umore.

XXXVII.

D' aureo splendor ne' flutti suoi s' incende
Il Giordano; e nel Ciel s' ode gran tuono:
Indi Colomba celere discende
Dall' alta cima de l' etereo trono,
Cui 'l fulgore dell' òr sull' ale splende,
E argentate le piume al dorso sono;
Che segnando un sentier, librasi all' etra,
E col suo spiro ad ambo il cor penètra.

Vox simul et magni rubra Genitoris ab aethra
Audita est Nati dulcem testantis amorem:
Interea aligeri juvenes, gens incola coeli,
Missi aderant liquido pendentes aere circum,
Carbaseosque sinus, mantiliaque alba ferebant,
Jussa ministeria, ut Nati membra humida herilis,
Rorantemque sacro siccarent flumine crinem.

His actis, Deus evasit, fluviumque reliquit,
Quem Vates longo ripam ordine circumfusis
Ostendit, talique abeuntem est voce secutus:
En, ego quem terris toties jam jam affore quondam
Pollicitus;

Deus, ecce Deus, qui crimina nostra
Turicremas agnus veluti mactatus ad aras,
Morte luet, superoque volens cadet hostia Patri:
Hunc optate Ducem, hunc vobis optate magistrum.
Ex illo vates, nemora, et loca sola relinquens,
Urbes per medias ibat, populisque canebat
Advenisse Deum, promissum Numen adesse.

XXXVIII.

S'ode voce pel Ciel tonar dal Padre ,
Che al Figlio attesta i bei Paterni affetti ;
E veggonsi aleggiar dell' alme squadre
Giovani scesi da' superni tetti ,
Che recan vesti candide e leggiadre
E involti lini , al ministerio addetti ,
Onde tergergli il crin , le membra asperse
Di sacr' acqua e da' gorghi umide emerse.

XXXIX.

Lascia l'alto Signor la sacra riva ,
Già lustrata colà l' umana vesta ,
E 'l Profeta divin , mentr' Ei ne giva ,
Alla gran calca che confusa resta
Mostrandolo , così sua voce avviva ,
Pieno d'almo furor che tanto il desta :
Il Nume Egli è che molte fiate io stesso
V' ho a chiare note in profetar promesso.

XL.

Ecco quel Dio che al sommo Padre offeso
Offre sè stesso in olocausto degno ,
Come agnello all' altar d' incenso acceso ,
E 'l sangue suo sarà d' amore il pegno :
Deh ! fia da voi sì gran Maestro inteso.
Quindi , cangiando il Precursor disegno ,
Dall' erme piagge in le città sen gìo ,
E 'l dolce arrivo predicò di Dio.

Credita res paucis, donec se ostendere coram
Supra hominem coepit Deus ipse ingentibus orsis.
Nam primum numero ex omni delegit amicos
Bis senos, queis cum curas, durumque laborem
Partiri, et casus posset deducere in omnes.
Ante quidem solus terdenos egerat annos.

Sed ne forte putes multis e millibus illi
Nos ideo placuisse, dolis quod et arte magistra
Spectatos longe ante alios deprenderit omnes,
Aut opibus, claraque domus a stirpe potentes:
Omnibus obscurum genus, et sine luce penates,
Atque humilis fortuna, nec astu praedita vita.

Quinque adeo sumus exigua Betsaide creti:
Nobis ars erat insidias piscosa secundum
Flumina squamigerum generi hamo tendere adunco,
Atque innare salum, foecundaque piscibus arva.
Tunc etiam, cum nos ad se primum ille vocavit,
Humida littorea sarcibam retia arena.

XLI.

Pochi prestano fede al dir di lui,
Finchè sè stesso oltre l' uman potere
Palesa il Redentor co' fatti sui.
Chè tra le folte ammiratrici schiere
Solo dodici fidi Ei sceglie, a cui
Parta ovunque i travagli a suo piacere:
Solitario sei lustri aveva in pria
Senza fama passati in tenebria.

XLII.

Nè sorga in te pensier, che noi fra tanti
Abbia eletti, però ch' appieno instrutti
N' avvisasse di fraude, o i più prestanti
D' alto legnaggio signoril produtti,
A cui più innalzi la dovizia i vanti:
Tutti oscuri noi siam di stirpe, e tutti
Scevri d' avito folgorante lume,
D' umil fortuna e semplice costume.

XLIII.

Cinque di noi spirâr l' aure vitali
In Betsaide: de' fiumi in su del lido
Era nostro mestier gli adunchi strali
Tendere a' pesci; e in mezzo al mare infido
Andar pescando, esposti a' più gran mali.
La prima fiata che innalzò suo grido
Cristo ver noi, su l' arenose sponde
Risarciva io le reti asperse d' onde.

Ipse Jacobus adhuc salientes littore pisces
Servabat frater: nec tum procul inde secabant
Andreas, parvaque Petrus vada salsa carina,
Isdem acti fratres studiis eadem aequora circum.
Tum mihi conjunctus patriaque domoque Philippus,
Accitus pisces et retia torta reliquit.

Addunt se socios Thomas, Thaddaeus, eademque
Arte Simon, Cana quem genuit Galilaeia amicum
Fluminibus patriis, mutisque natantibus hostem:
Namque Jacobus ei cognato sanguine fretus,
Alphaeo natus patre, se subjunxerat ante.

Ut genus indecores pene omnes, sic quoque nostra
Nomina dura vides, insueta, atque aspera dictu;
Haud facies sola est impexis horrida barbis.
Tres alii neque enim longe meliore sequuti
Fortuna addiderant se se, Matthaeus, et aevo
Jam gravis, effoetisque Petri jam proximus annis,
Bartholomaeus, et ipse mali frabricator Iudas.

XLIV.

Guardava il mio german Jacopo in riva
Il popolo squamoso; e Piero e Andrea
Cui desio di pescare il cor feriva
Su fendente naviglio il mar reggea.
Indi Filippo, cui 'l natal deriva
D' una patria e dal mio legnaggio, e fea
L' arte simìl di pescator, le nasse
È forza allor ch' a la chiamata ei lasse.

XLV.

Accrescono il drappel di Lui seguace
Didimo con Taddeo, Simon di Cana,
Nostro congiunto, pescàtor che pace
Unqua non dava al muto gregge in tana,
Ne' patrii rivi assalitor audace:
E tale elezïon non è pur vana,
Chè già il figliuol d' Alfeo Jacopo ha visto
Stretto per sangue associarsi a Cristo.

XLVI.

Tai nomi in profferir senti sì duri,
E vedi il nostro aspetto orrido e vile,
E incultc ispide barbe anche affiguri,
Poi che tutti noi siam di sangue umìle:
Fur gli altri che 'l seguìr non meno oscuri,
Matteo, colui che per età senile
A Pier s' eguaglia omai, Bartolommeo,
E Giuda ancor d' ogni nequizia reo.

*

Vix memorem quaecunque oculis, quaecunque sub illo
Auribus his hausi repetens miracula rerum,
Tempore tam parvo (vix terna hyberna peracta)
Ex quo illi socii dignatus nomine jungor:
Nec me tam vastum nunc currere oporteat aequor.

Pauca sed e multis, et ea haud mihi mollia fatu,
Ingrediar tamen, et breviter tua jussa capessens
Expediam: mitto modo quae monimenta reliquit
Finitimas (tibi nota reor) non parva per urbes;
Namque omnem egregiis factis insigniit oram.

Quis nescit nuper revocatum ad munera vitae
Palmiferae regem Bethanes, lumine quarto
Quem vidit sol extinctum, impositumque sepulchro?
Ut sileam innumeros, quibus ipse in limine leti
Affuit, et durae de mortis fauce revulsit.

XLVII.

Lieve non m' è rammemorar narrando
Ciò che han visto i miei lumi, e quanto intese
L' orecchio mio de l' oprar suo mirando,
Dell' almo dir, de le sublimi imprese,
Da che per suo divin alto comando
D' esser compagno a Lui degno mi rese
(E son tre verni omai): nè mar sì vasto
Con vele scarse a valicare or basto.

XLVIII.

Ma infra tante sue gesta eccelse e chiare
Or poche accennerò (benchè le stesse
Difficile è ridir) col mio parlare,
Seguendo il tuo voler. Quant' Ei splendesse
Per mirabile oprar non mai volgare
In vicine città taccio, chè espresse
Tanto a te fama; ed alto già rimbomba
In queste piagge il suo squillar di tromba.

XLIX.

Per Lui non venne a novo viver volto
Di Betania il Signor? costui da morte
Vedeva il quarto Sol preso, e sepolto;
Poi, dimesse le bende e le ritorte,
Il vide vivo al nero avel ritolto.
Tralascio quanti a le letali porte
Pervenivano già, quand' Ei le mosse
Della falce feral tosto rimosse.

Nam prius enumerem quot ponto aquilonibus undae
Spumescant vasto, quot inundent littora arenis,
Quam quot opem morbos varios in corpore passis
Supplicibus tulit, et validos, laetosque remisit.
Multi capti oculis, clausis multi auribus orti,
Ne possent ullas audire, aut edere voces.

Claudi alii imparibus vix aegre passibus ibant:
His rigor ex longo immotos sopiverat artus:
Illis semeso serpentia corpore hiabant
Ulcera, et illuvies membris immunda fluebat:
Nec deerant, tumefacta quibus praecordia, et alvus
Insincera sitim miseris adduxerat acrem,
Nullae artes poterant, quam nulla extinguere aquae vis.

Tum quibus assiduis concussa tremoribus usque
Nutabant, tremuloque lababant corpore membra;
Ignea quos febris, aut corrupti corporis humor,
Et quos praeterea vis caeci incognita morbi,
Versabat lecto totos distracta per artus;
Quosve animis captos agitans male habebat Erinnys.

L.

Al soffio Aquilonar l' onde spumanti
In mar travolto, e le battute arene
Anzi potrei dinumerar, che a quanti
Afflitti da malor tolse le pene:
Lieti ne rimandò tant' egri oranti.
Chi non unqua godea di luce il bene,
E chi l' udito e 'l grato suon d' accento,
Perchè sordo già fu dal nascimento.

LI.

Molti zoppi movean gli obliqui passi:
Questi nerveo stupor vetusto inerti
E immobili rendeva; e quegli ahi lassi!
Avean d' ulcere orrende i membri aperti
E fluivan d' umore immondi ammassi:
Tanto tumido e guasto avièn poi certi
Il ventre lor, che a contentar l' infanda
Dura sete non v' era arte o bevanda.

LII.

V' eran colòr cui da crudel tremore
Presi i membri tuttor parean cadenti;
E quegli ancor, ch' o di corrotto umore
Affetti il corpo, o pur di febbri ardenti,
O d' altro ignoto perfido malore,
A letto si vedean fisi e giacenti:
E infin chi Erinni a suo voler movea,
Già penetrata in chiuso sen la rea.

Omnibus aspectu solo, tactuve ferebat
Divus opem; subito linquebant corpora morbi,
Et stratis ipsi surgebant protinus aegri.
Atque ideo quacunque viam observatus agebat,
Semper eum opperiens turba ingens strata jacebat
Per fora, perque vias, sanctique ad limina templi.

Nondum aliquem tamen infernis revocaverat umbris
Morte obita; cum Sidonia remearet ab ora,
Et Naim ingressus sociis comitantibus altam est.
Ecce autem ingentem longo procedere pompam
Ordine flammarum aspicimus, moestamque per urbem
Audimus luctum, causam tum denique luctus
Cernimus,

egregii juvenis miserabile corpus
Impositum molli pheretro, quem mersit acerba
Morte dies, dulci cum vix pubesceret aevo,
Atque omnem vultu florenti dempsit honorem:
Qualis, quem pede pressit agro bos signa relinquens,
Paullatim lassa languet cervice hyacintus;

LIII.

Pronta aita recava a tutti il Divo
Col tatto sol, coll' irraggiante aspetto;
Miravasi repente il corpo privo
D' ogni male, e sbalzar l' egro dal letto:
Sì che spiando ognun di Lui l' arrivo
O le mosse, si fea deserto il tetto,
E una turba a' sentier, ne' fori o innante
Al sacro limitar v' avea costante.

LIV.

Ma non anco verun da l' ombre inferne
Tutta nova a spirar l' aura di luce
Di ritorno quassù facea vederne.
Ed ecco un dì ne riede a Naimo il Duce
Da' liti di Sidon: quivi si scerne
Da noi letal gran pompa, onde s' adduce
Lung' ordine di faci; udiam de' lai,
E ravvisiam qual fia la causa omai.

LV.

D' un preclaro garzon ver cui ne spinse
L' invida Parca tenebrosa e ria
Nel fior degli anni il ferro, e a morte avvinse,
Su morbido ferètro il fral ne gìa.
Ella l' onor che a quel sembiante pinse
Venustà di natura estinto avia:
Come da zampa di gran bue compresso
Langue il giaciuto scolorito e oppresso:

Aut rosa, quam molli decerpens pollice virgo,
Vepribus in densis lapsam sub sole reliquit.
Urbe furens tota genitrix miseranda, capillos
Scissa, genasque ambas manibus foedata cruentis
Ibat: cam circum pariter per densa viarum
Pulsabant saevis matres plangoribus astra.

Ipsi orbam cives miserantur, ei unica proles
Ille relictus erat vidui solatia lecti.
Ut Deus exanimis juvenili in corpore vidit
Pallorem, et molli pictas lanugine malas,
Parcere lamentis jubet, et considere pompam:

Admotusque, manu mulcens immobile corpus,
Rursum animam gelidis membris innexuit: ecce
Erigitur puer, (et cunctis mirabile visum)
Prosiluit raptim immedios, vacuumque pheretrum
Liquit, et amplexans solatus voce parentem est.

LVI.

O come rosa, che talor carpita
Da tenera fanciulla, in dense spine
Giacesi in faccia al Sol di mano escita.
Discorreva i sentier la madre, il crine
E le gote stracciando, e insiem le dita
Bruttavasi di sangue: a lei vicine
Addensate le donne in grave duolo
Ergevan grida a lo stellato polo.

LVII.

Sentia di lei pietade il popol tutto,
Chè 'l sol conforto al vedovil suo letto
Tolto fosse e del sen l'unico frutto.
Quando il pallido fral del giovinetto
Mira l'Almo Signor fra tanto lutto
E pinto di lanuggine l'aspetto,
Che cessino ne impone i lai molesti,
E la pompa feral ratto s'arresti.

LVIII.

Ed appressato al feretro, la salma
Vota di spiro con le mani Ei tenta,
E a' freddi membri ricongiunge l'alma.
Oh miracol che a tutti si presenta!
Esce il garzon de la letale calma,
Alla lugubre bara il pondo allenta,
E in mezzo a tutti allor la genitrice
Fa con amplessi e con parlar felice.

Nec vero multis etiam post mensibus idem
Egregiam amissa donavit luce puellam,
Cui calor, et toto de pectore fugerat omnis
Halitus aereas penitus dilapsus in auras.
Virginis ipse pater factum testatur Iarus,
Largus opum, pollens lingua, et popularibus auris.
Quid repetam, purum vivo cum e fonte liquorem
In vinum convertit, opes miseratus amici?

Forte olim aerei spectans de vertice montis,
Cum sol emenso depressior iret olympo,
Ingentem vidit numerum effluxisse sequentum,
Matres, atque viros, quos per deserta locorum
Duxerat, oblitosque sui, oblitosque suorum:
Substitit hic miseratus, eos jam tertia namque
Muneris expertes Cereris lux acta videbat.

Hic neque erant fruges, vicina nec oppida, possent
Unde dapes petere argento, victumque parare;
Arboreos necdum foetus decoxerat aestas.
Vix tandem inventus puer est ex agmine tanto,
Quinque, viae auxilium, qui secum liba ferebat,
Atque duos, dederat quos huc pia mater eunti
Inclusos myrto, et bene olenti gramine pisces.

LIX.

Nè più mesi passâr che ritornato
Fu a donzella gentil lo spirto allora
Che l'aura le succiò l'ultimo fiato :
L'attesta il genitor , Giaro che onora
Il popolo , ricco uom , facondo e ornato.
Ch'altro dirò? le limpid'acque ancora
Alla fonte già attinte e in vin converse ,
Quando il soccorso ad un amico offerse.

LX.

Ei guarda un giorno da elevato monte ,
Mentre il fulgido Sol , corso il sentiere
Del Ciel , dechina già ver l'orizzonte ,
D' uomini e donne le affollate schiere
Che in ermi liti lo seguian sì pronte ;
Nè alcun serbava in cor di sè pensiere :
Prende pietate allor , che 'l terzo giorno
Digiune a' focolar non fean ritorno.

LXI.

Nè rimanean colà biade o frumento ,
Nè alcun villaggio sì vicin , che poi
Desse a prezzo vivande ed alimento ,
Nè porgeva la state i frutti suoi.
Infra tanti un fanciul v'è solo a stento ,
Ch'à pel lungo cammin seguendo noi
Cinque pani e due pesci in mirto ascosti ,
Che la madre , ei partendo , avea sì posti.

Sed quid enim haec adeo tam multis millibus autem?
Et jam diffisi socii mussare querentes,
Quos bonus affatu Christus solatus amico,
In coetum vocat, ac paucis ita deinde profatur:
Nemo hodie numero e tanto non laetus abibit.
Hinc supplex tali Genitorem voce precatur:

Summe Parens, ope cujus alit terra omnia, quique
Et sole, et liquidis foecundas imbribus agros,
Si quondam Isacidûm generi per inhospita eunti
Divinas epulas coelo es largitus ab alto,
Semine si nullo constant quaecunque creasti,
Et nihil omnino fuerant, coelum, aequora, tellus;
Adsis, obscoenamque famem tot millibus arce.

Haec tantum; dein gramineo discumbere campo
Imperat effusos coetus, dapibusque parari:
Inde in frusta secat laeto cerealia vultu
Liba minutatim, et populos partitur in omnes:
Millia quinque hominum campis saturanda sedebant.

LXII.

Ma fia ben poco a tanto vulgo e tanto.
Avviliti i compagni, allor di Lui
Tutti lagnansi già: ma il Divo intanto
Col suo parlar quegli consola, e altrui
Ne alloga in mezzo, e dice lor: Cotanto
Difficile non m'è, che ognun di vui
Ogg'io satolli appien. Poscia dimesso
Al gran Padre tal priego il labbro ha espresso:

LXIII.

Sommo Padre, onde nutre il tutto il suolo,
Ed il campo è per piova e Sol fecondo,
Se agl'Isacidi erranti un dì dal Polo
Largo fosti a versar cibo giocondo;
Se senza seme alcun, ma a un fiato solo
Tutto creasti, null'essendo il mondo;
Ora ne accorri con propizia faccia,
La dira fame d'esto popol caccia.

LXIV.

Tanto sol dice, e quindi impon che sparte
S'assidano le turbe in campo erboso,
Parate a desinar: frattanto parte
In tritoli quei pani, ed amoroso
E cheto il volto i briciolin comparte
Al popolo affamato e numeroso:
Cinque mila colà seder son visti,
Che di cibo Ei voleva appien provvisti.

Ecce (incredibile auditu , mirabile visu)
Omnibus in manibus visae succrescere partes
Exiguae , dapibusque epulati largius omnes ;
Et frugum pariter , laticumque expleta cupido est :
Quin et relliquias mensis superantia frusta
Vix cava congestas bis sex cepere canistra.

Accipe nunc aliud , quod paucis ante diebus
Vidimus : arbor erat foliis densissima in agro
Deserto , unde olim pendentia poma viator
Carpebat sitiens : Heros , qui hac forte tenebat
Pulverulentus iter , quaesivit in arbore foetus
Incassum ; infoecunda comas nam , et brachia tantum
Luxurians late circum tendebat opaca.

Non tulit , ac verbis sterilem exceratus acerbis :
Continuo (manifesta audis) exaruit arbos ,
Et folia aereas volitarunt lapsa per auras.
Nec minus est olli imperii maris aequora in alta :
Uni omnes undae assurgunt , fluctusque quiescunt.
Unius edicto vidi , vidi ipse furentes
Illius hybernos ad vocem ponere coros ,
Vimque omnem , motas quae flabris asperat undas.

LXV.

Ecco (a mirar maraviglioso , e strano
Mai sempre a udir !) sono repente allora
Visti alle turbe andar crescendo in mano
I briciolini onde il Signor le onora.
Caccia satollo ognun quel tanto insanó
Desio di cibo e di bevanda ; e ancora
Tanto avanza alle mense , e a quelle è tolto ,
Che in dodici canestri appena è accolto.

LXVI.

Deh ! senti ancor quanto non guari avvenne ,
E a' nostri sguardi : In raso suol v' avea
Un arbor colmo di fronzute penne ,
Onde assetato il peregrin solea
Corre i sospèsi pomi. Un dì là venne
A caso il Redentor : solo stendea
Lussurïando allor suo crine ombrato ,
E non un frutto quella pianta ha dato.

LXVII.

Turbossi , e l' esecrò : (noto è 'l portento)
La steril pianta inaridì di fatto ,
E rapide volâr le fronde al vento.
Ei l' impero ha non meno in mar , ch' a un atto
Di Lui cheta il furor in un momento :
A un suo cenno l' ardir , la forza affatto
Vidi lasciar ne la stagion del gelo
Da quel coro ch' eleva i flutti al Cielo.

Nondum luna suum ter cursum plena peregit,
Cum subito in lento deprensis marmore nobis
Nocte fere media, dum retia ducimus, orta est
Turbida tempestas, et pontus inhorruit ater
Fluctibus elatis, et concursantibus undis;
Inflictamque ratem jam jam salis hauserat aestus.

Nos trepidare metu leti discrimine parvo,
Cum procul ecce ducem, quem nuper liquimus alto
Littore spectantem fluctus scopulo illidentes,
Ferre iter aspicimus medias impune per undas
Suspensum, tumidoque pedes haud tingere ponto.
Horruimus visu subito; nec credere quibam
Me veram faciem, haud simulatum cernere corpus,
Tam celeres egisse vias sine remige in undis.

Ni sese verbis, dum nos hortatur, amicis
Ultro ostendisset: Quonam fiducia vobis
Jam nunc pulsa mei cessit? timor omnis abesto;
Indubitare meis tandem dediscite dictis.
Sic ait; atque ratem, quae jam superantibus undis
Cesserat, insiliens, solo tumida aequora nutu
Placavit, posuitque minacia murmura pontus.

LXVIII.

Non peranco tre fiate in pieno aspetto
Compiuto aveva il suo rotar la luna,
Quando nel mar tutto tranquillo in letto,
E mentre ingombra il Ciel notte più bruna,
Al trar le nostre reti, in gran dispetto
Sorge improvviso turbo, e 'l mar s'imbruna
Per gli alti gorghi: nel vicin periglio
Di sommergere è già nostro naviglio.

LXIX.

Della morte al timor noi trepidanti
Ecco il Duce veggiam ratto dal lido,
Donde i flutti del mar vedea spumanti,
Varcar securo l'elemento infido,
E lambirsi dall'onde i suoi piè santi.
Orror la vista ci destò; chè fido
L'occhio non era in ravvisar l'immago;
Sì celere movea sul salso lago.

LXX.

Se non che col suo dir d'alto conforto
Alfin di Lui così ci rende certi:
Ove sen gìo la fe? d'essere assorto
Non tema alcun: de' sensi miei profferti
Deh! sovvengavi omai; chè fia gran torto
Più dubitar. Disse; e fra' gorghi aperti
Montato in barca, al mar torbo e vorace
Cenna, e quello il furor depone, e tace.

*

Sic terrae in tutum positis adnavimus undis
Incolumes, celerique volavimus aequora cursu.
Nec mora; vix siccum attigerat tellure potitus,
Ecce aliud dictu magis, ac mirabile visu:
Namque magistratus aderant in littore missi
Aera reposcentes, quae pendere lege quotannis
Regibus antiqua, pro sese quisque jubemur.

Accipit hos placidus, quos dum sermone moratur,
Petrum ad se vocat, et fidam submissus ad aurem:
Vade (ait), et jacto quem primum traxeris hamo
Aequoribus, piscem cultro scrutabere acuto;
Intus erit regi quod jussi pendimus ambo.
Jussa facit senior; trahit hamo ad littora praedam,
Argentumque viris dat piscis in ore repertum.

Horresco, quoties stimulis immitibus actus
Quidam animo subit, idem illo quo tempore vidi,
Dum legerem expositos hoc ipso in littore pisces,
Obsessum furiis, atque ore immane furentem:
Hunc olim (ut perhibent) vetito genuere parentes
Concubitu juncti, atque inconcessis hymenaeis.

LXXI.

Chetati i flutti già, porta leggiero
Noi salvi il legno su l'ambita riva,
Ratto fendendo il liquido sentiero.
Non sì tosto colà quindi s' arriva,
Che un portento maggior n'avvien: chè impero
A noi fassi a pagar da comitiva
Di pubblican quel censo a chi 'l fren regge,
Cui condanna ciascun vetusta legge.

LXXII.

Ode l'Almo Signor sereno il volto,
E, mentre a ragionar la tien, sì dice
Con accenti dimessi a Pier rivolto:
Gitta l'amo, e 'l primier pesce ch' elice
Il mar col ferro a ricercar fii volto;
Chè ivi sarà quanto a pagar s'indice.
Esegue il Veglio; trae la preda al lito;
E pagasi l'argento in gozzo sito.

LXXIII.

Inorridisco, e son tuttor pavente
All'immago d' un uom che al lito istesso
Agitato un dì vidi e appien furente,
Dagli spirti infernal forte compresso,
Mentr' io scernea la pesca, e orribilmente
Anco intesi ulular: da non concesso
Conjugal nodo a' genitori suoi
Questi era sorto (come è fama a noi).

Quippe thorum ascendere, Dei cum sacra vetarent,
Cum scenis gens indulget nostra omnis opacis:
Sed non gavisi scelere illi tempore longo;
Nam subito amplexus interque, et gaudia adulter
Sacrilegam tenues animam exhalavit in auras
Infelix; sceleríque eadem nox prima nefando,
Et pariter suprema fuit discrimine parvo.

Illam autem aethereis flammis divinitus ignis
Corripuit, cum jam maturi pondera partus
Urgerent; eademque duos leto hora dedisset,
Infans ni foret excctae genitricis ab alvo
Exemptus: parvum patris eduxere sorores.

Ipse etiam mox immeritus scelerata parentum
Facta luit: jucunda oculorum luce negata,
Obstructaeque aures penitus mansere, nec illi
Aut ullas haurire datum est, aut reddere voces:
Quin etiam simul atque adolevit, protinus aegrum
Arripuit furor, infernae vis effera gentis.

LXXIV.

Poi che osâr ne' dì sacri entrar nel letto
Che festeggiam in verde cella ombrosa,
Quando il rito divin l' ave interdetto.
Ma il reo goder de la vietata cosa
Breve si rese; chè esalò dal petto
L' alma profana in abbracciar la sposa
L' uom lascivo: così senza intervallo
Unica notte fu del turpe fallo.

LXXV.

Cadde estinta colei da etereo strale
Giù disceso dal Ciel, mentre il portato
Era presso a spirar l' aura vitale;
Ed un' ora la morte a entrambi dato
N' avria, se il ferro del materno frale
Non avesse dal grembo allor cavato
L' infelice bambin, che con amore
Nutriro poi del genitor le suore.

LXXVI.

De' parenti ei pagò la colpa rea,
Benchè non meritevole di pena.
Nacque sordo, e' suoi rai ben chiusi avea;
Tal che mirar la vaga luce amena,
Render suono, e l' udir mai non potea:
Anzi giunto all' etade adulta appena,
Tosto il prese un furor sì cieco e fero,
Qual nell' orrido abisso ha il popol nero.

Centum illum furiae, centum illum (flebile) pestes
Victum exercebant, Erebi legio acta latebris;
Horrendasque hominis singultus ore cientes
Edebant voces, ac terrificos mugitus.
Illum omnes exclamantem, atque insueta frementem
Horrebant, trepidique fuga se in tecta ferebant,
Si quando nodis, ruptisque immane cathenis
Incautis liber custodibus evasisset.

Jamque ille oblitus fratres, jamque ille sorores,
Amplius haud gressum patris intra tecta ferebat:
Verum more ferae silvis degebat, et antris,
Sic ubi saxa cava, aut aevo consumpta sepulchra,
Ater, egens, corpusque abjecto nudus amictu.

Talem igitur nodo manibus post terga revinctis
Christi ad conspectum, si fors misceresceret ipse,
Vi multa consanguinei, carique trahebant.
Ille autem obniti contra, dum rumpere nodos
Tendit, et horrendos clamores tollere ad astra.

LXXVII.

Cento furie (ahi pietade !) e cento pesti,
Atra legion del bujo lago orrendo,
Dal meschino traea singulti, e infesti
Muggiti e voci d'alto suon tremendo.
A' fremiti e clamor tanto molesti
Contra l' uso comun tutti temendo,
Chiudeansi allor che rotti e lacci e nodi,
Libero sen fuggìa da' suoi custodi.

LXXVIII.

Ei moveva non più nel proprio tetto,
Dimentico di suore e di fratelli;
Ma qual' ispida fera avea ricetto
Or in antro, or in selva, ed ora in quelli,
Che s' apriro del tempo al rio dispetto,
Cavi e logori sassi o antichi avelli;
Torvo l' aspetto, inculto ognor fu visto,
E di spoglie il suo fral non mai provvisto.

LXXIX.

Costui dunque le man ligate al dorso
I congiunti e gli amici a Cristo innante
Menavano per forza, in Lui soccorso
Sperando ritrovar : l' uom riluttante
Al suo forte poter facea ricorso,
Onde sfuggir, le ree ritorte infrante;
E sì gravi clamor, tai grida rese,
Che 'l vasto Cielo risuonar s' intese.

Qualis ubi longis pugnator taurus ad aras
Funibus arripitur, saevo fremit ore per urbem,
Et spumas agit, et cornu ferit aera adunco:
Instant hinc famuli, atque illinc, et verbera crebri
Ingeminant, quassantque sudes per terga, per armos:

Diffugiunt vulgus trepidum, in tutumque recepti
Porticibus gaudent longe spectare periclum.
Talis erat juvenis species immane furentis,
Quem tandem ante Deum fessi statuere rogantes,
Ferret opem, saltem furiis tam tristibus illum
Solveret, exeuteretque animo crudelia monstra.

Hic Heros palmas in coelum sustulit ambas,
Concipiensque preces Genitorem in vota vocavit:
Ecce autem magnum, subitum, et mirabile monstrum.
Auditi exululare lupi, latrare canes ceu;
Tam diras jactat voces lymphatus ab ore.

LXXX.

Come se all' ara è tratto un tauro altero
Con lunghe funi ad immolarsi, freme
Discorrendo in città turgido e fero,
E spuma versa, ed alto mugghia e geme,
E all' aria vibra il corno suo guerriero:
Di qua di là spesso l' incalza e preme
Più d' un servo, sul dorso i colpi avventa
E addensa più, sì che fa l' asta imprenta:

LXXXI.

Spaventato sen fugge il popol tutto
Ne' portici securo in quel periglio,
A mirar lunge l' animal tradutto.
Tal era il viso; sì facea scompiglio
Il furente garzon. Già stanchi addutto
L' hanno alfine dinanzi al Divin Figlio,
Il soccorso implorando, o almen che i diri
Ei fugasse dal sen tartarei Spiri.

LXXXII.

Estollendo le man ver l' Etra il Divo,
L' Almo Padre allor prega in cor silente,
Che spicchi un raggio a' voti suoi declivo:
Ecco un raro prodigio avvien repente.
Qual fia di lupi l' ulular o un vivo
Alto latrato di mastin si sente:
Grido così terrifico e sì strano
Incessante traea quell' uomo insano.

Non tam immane sonat sese frangentibus undis
Rupibus ex altis ingens decursus aquarum,
Rumpantur claustra alta lacus si forte Velini;
Totaque praecipitent valles stagna ardua in imas,
Omnis ea ut regio fiat mare, et oppida circum
Mersa natent, metuatque sacris Roma obruta templis.

Nunc coeli crepitus imitantur, cum Superûm Rex
Fulminat, et tonitru quatit aetheris aurea templa;
Nunc ferri sonitum, aut ruptarum mole catenarum
Ingenti horrificum stridorem, aut murmura ponti:
Circum omnis tellus, circum coelum omne remugit.
Instat vi multa Deus, increpitatque morantes.

Jamque illi trepidare intus, pacemque precari:
Quid nunc, vera Dei, atque indubitata propago,
Concesso in poenas nos, o, de corpore trudis?
Egressis saltem pecora haec invadere detur.
(Setigeri tum forte sues ea littora propter
Pascebant) Nos ne horrifico sic merge barathro;
Neve jube terrae inferioris operta subire.

LXXXIII.

Un fragore simìl non unqua innalza
Il torrente che versi infranta l' onda
Tra immani sassi da elevata balza,
Se per caso la piena ingiù diffonda,
Rotto il riparo che 'l Velino incalza,
E all' ime valli un lato mar trasfonda,
Ove nuoti ogni terra, e immersa e doma
Tema giacer co' templi suoi pur Roma.

LXXXIV.

Or s' imita il romor d' ignito telo
Che dall' alto quaggiù fulmina Iddio,
E 'l tuon riscote la magion del Cielo;
Ora grave stridore orrendo e rio,
O qual fia di catene infrante a pelo
O di mar tempestoso il romorio:
Tutta intorno la terra e 'l Ciel risuona.
Ma gli Spirti il Signor rampogna e sprona.

LXXXV.

Chieggon pace quei rei pavidi in seno
Al rabbioso: O Figliuol del Dio tremendo,
A che quinci (dicean) ci fughi? Almeno
Se disciogli quest' uom da pena, uscendo,
Deh! permetti in quel gregge entrar (v' avièno
Setolosi animai colà pascendo).
Ah! non fia che torniam ne' cupi abissi,
Tuttor nel centro de la terra infissi.

Annuit : extemplo videas procul ecce nigrantem
Mollibus haud stimulis furiarum errare subactum
In diversa gregem , nunc huc , nunc protinus illuc.
Nec mora , nec requies : intus vis effera saevit ,
Donec praecipites sese alta in stagna dedere ,
Et cunctis pariter vita est erepta sub unda.

At Juvenis fessos subito collabitur artus ,
Exemptus tandem nodosis brachia vinclis :
Mordicus ora solo impressus cunctatur , adhucque
Singultans , pectusque lacessit anhelitus ingens ,
Expiransque animam pulmonibus aeger agebat.

Quem juxta genitore Deo satus astitit , oraque
Attingens dextra , atque oculos , auresque reclusit :
Jamque videt , loquiturque , et corda oblita residunt.
It vulgi clamor super aurea sydera ovantis ;
Supremique Patris , sobolemque , Deumque fatentur.

LXXXVI.

Quanto pregan colòr , tant' Ei concede :
Ecco all' istante divagar veloce
Il nero gregge , e lunge andar si vede ,
Allò stigio furor che 'l prende e 'l coce.
Posa o indugio non ha : ch' anzi sì il fiede
Lo stimolo crudel , che in atra foce
Di lurido pantan s' immerge ratto ;
E alla vita fra l' onde è tolto a un tratto.

LXXXVII.

Al gravoso tremor de' membri lassi ,
Quando è sciolto da funi ond' era cinto
Il misero garzon , cedendo , stassi
Col viso al suol tenacemente avvinto ,
Ed incerto di sè pur anco fassi :
Un penoso singulto ha il sen sospinto ,
Tardo respiro il petto suo riscote ,
L' alma presso a spirar mostran le gote.

LXXXVIII.

L' alto Figlio Divin ch' è là dappresso
Schiude , il viso toccando , il bel chiarore
Della vista e l' udito all' uom depresso :
Quei vede , e parla , e se gli accheta il core ,
Immemore di quel che dianzi er' esso.
Alza il vulgo festante un gran clamore :
Confessa già del Genitor Superno
Che fia vero Figliuol , fia Nume Eterno.

Sed quid non ipse evaleat? quin nos quoque missos
Aegris jussit opem ferre, auxilioque levare
Praesenti: mortis multos de faucibus atris
Non opibus hominum, nulla revocavimus arte.
Verum implorato ter tantum voce magistri
Nomine surgebant stratis, ibantque refecti.

Omni autem ex numero sese vix obtulit unus,
Quem stimulis actum saevis, caecoque furore
Incassum victi tentavimus, acrior illum
Usque adeo magis, atque magis vis intus agebat;
Cui cum ferret opem Divus mox optimus ipse
Iratus, quod parva sui fiducia nobis:
Corporibus tales facile (inquit) pellere pestes,
Parcendum dapibus tamen, e coeloque petendum.

Nec solis vero haec vobis concessa facultas;
Sed nomen quicunque meum vulgaverit, omnia
Fas audere, mei modo ne fiducia desit:
Ille etiam jussos immani corpore montes
Transferet, et verso sistet vaga flumina cursu.

LXXXIX.

Ma ch' Ei non puote ? Oh qual possanza addita !
Oh qual virtù ! Finanche a noi commise
Gli egri curar , dando lor pronta aita.
Dall' atre fauci (ognor di sangue intrise)
Di morte richiamammo oh quanti in vita ,
Lungi sempre il poter d' umane guise !
Chè al terzo suon del Nome suo ridetto
Il languente sbalzò sano da letto.

XC.

Fra tanti non poteo di nostra mano
Guarirsi un sol da rio furor commosso ,
Anzi crebbe il suo mal , si feo più insano ;
Cui curando il Signor , dall' ira mosso
Ver noi di poca fè , sì disse : Invano
Il mal sarà da' corpi altrui rimosso ,
Se con digiuni e con pregar non fia
Implorato del Ciel l' ajuto in pria.

XCI.

Tal potere non sol n' è dato a voi ;
Ma ognun che 'l nome mio di lito in lito
Ne farà risuonar co' labbri suoi ,
Non mai di speme a' miei profferti escito ,
Tutto tentar ben ei potrà da poi :
Anche avverrà , nè fia l' impero ardito ,
Che si traggano i monti ov' è sua voglia ,
E 'retrogradi flutti il fonte accoglia.

Ite animis igitur certi, confidite, neve
Instabili titubate fide: jacite aurea veri
Semina ubique: orbem vestra perfundite luce
Obductum tenebris, atque alta nocte sepultum,
Vos hominum lux, vos squalentis lumina mundi.

Sic fatus, nobis alios subjunxit, ut essent
Consortes tantorum operum, sociique laborum;
Et septem elegit decies; tamen ipse dolebat
Exiguum numerum, neque tot satis esse ferebat
Tanto operi.

Ac veluti qui centum vertit aratris
Tellurem, et campos rastris exercet avitos;
Cum matura seges jam flavis canet aristis,
Si desint, qui messem operis (quae plurima) condant,
Fluctuet, atque viros aliis conducat ab oris.

XCII.

Ite dunque securi, in me fidando,
Nè per instabil fe giammai movete
Altramente: ma sol, di Dio parlando,
I semi ognor di verità spargete.
All' Orbe involto in tenebror nefando
Della mente il chiaror deh! omai volgete,
Voi del lasso mortal fulgide faci,
Del cieco mondo voi splendor vivaci.

XCIII.

Il Divino Pastor cotanto disse:
Poscia ben altri a l' opra sua consorti,
Alla fatica già d' allor n' addisse,
Soci indefessi, assai zelanti e accorti.
Fur settanta colôr ch' eletti ascrisse
Fra' seguaci di Lui fedeli e forti:
Si dolse nondimen, che fosse presa
Poca gente dovuta a l' alta impresa.

XCIV.

Come colui che aviti campi ha svolto
Con cento aratri e cento rastri e cento:
Se poi maturo già vegga il ricolto
Biancheggiar nelle spiche, e in sul momento
Manchi di gente il pien, che in mucchio accolto
Tutto faccia mirar l' aureo frumento,
Dubbio ristà; da questa banda e quella
Chiama ed assembra infin turma novella.

*

Quid memorem, ut mentes hominum, curasque latentes,
Quod fieri certo nequeat sine numine, cernat?
Quippe animis dubios, taciti dum vana timemus,
Castigans dictis nos saepe erexit acerbis
Mirantes. Quoties ipsis etiam hostibus olim
Praedixit, quos mente dolos, quae furta pararent
Incassum, dum caeci odiis agitantur iniquis!

Foemina nec latuit bissenos passa per annos,
Sanguinis immundi manans de corpore flumen.
Illa quidem ardentis morbi confecta dolore
Pone sequebatur, si qua illum tangere posset,
Hanc unam rata nempe viam restare salutis.

Ergo dum pubes fluit undique, et agmina inundant,
Illa subit, leviterque extremum appendit amictum;
Ad tactum veter effugit de corpore morbus.
Jamque abitum, latuisse putans, clam mente parabat;
Praesensit Deus, et pavidam, seseque tegentem
Affatus placide monitis implevit amicis.

XCV.

E a che dirò, che 'pensamenti arcani
Della mente dell' uomo Ei mostri aperti,
Ciò ch' è dato a Dio sol? Chè noi da vani
Timor compresi, e mutoli ed incerti
Spesso riscosse, e ci giovò. Gl' insani
Nemici stessi, appien da Lui scoverti,
Quante fiate Ei riprese, allor che in petto
Macchinava la frode il reo dispetto!

XCVI.

Tra la folla scoprì la donna ascosa
Che d' atro sangue il traboccar pativa,
Da che nel Cancro il Sol fece sua posa
Dodici fiate già. Colei seguiva
Cristo dal diro mal pressa e dogliosa,
Ma fidando in suo cor solo ne giva,
Che tocca al Nazaren la santa vesta,
Fora la via di risanar lei questa.

XCVII.

Mentre il vulgo ondeggiante intorno intorno
S' addensava, a la calca allor s' intruse,
E quando gli toccò del manto il torno,
Tosto guarì, sangue non più diffuse.
Poi credendosi ignota, il suo ritorno
Meditava eseguir: ma Dio confuse
Lei che aveva le man quàl benda al viso,
E cheto consolò con dolce avviso.

Vidi oculos ante ipse meos mortalia nuper
Aut membra exutus, aut perfusum luce superna
Non infra solis speciem dare corpore lumen.
His, multisque aliis, ego quae creberrima vidi,
Per terras patuit signis Deus: haud tamen unquam
Sese hominem oblitus moribundo corpore cretum,
Multa tulit quoque, mortales quae ferre necesse est;
Atque id sponte quidem, nobis imitanda relinquens.

Saepe hilares mensas ideo, et convivia adivit,
Nec coetus bonus est hominum aspernatus in urbe.
Saepe etiam insidias inimicae gentis, et iras
Suffugiens, ut homo, male tuti limina templi
Exiit, objecitque cavam pro tempore nubem;
Nec se in conspectum latebris dedit obitus atris,
Dum fremerent hostes nequicquam, et saxa pararent.

Atque equidem memini (vix actus volvitur annus)
Nuper Joannis comperta caede recenti,
Quem rex uxorem praereptam reddere fratri
Admonitus tenebris ferro obtruncarat in atris,
Urbibus his abiit cautus, populisque relictis
Digressus, sylvae elapsum accepere profundae.

XCVIII.

Guari non è, che 'l frale uman dimesso,
O adorno appien de lo splendor superno,
Come fulgido Sol lo vidi io stesso.
Sovente, a dimostrar che sia l' Eterno,
Ha tai prodigi e più d' un segno espresso;
Ma lo stato mortal non ebbe a scherno:
Quanto l' uomo patisce ognor sostenne,
Chè la norma quaggiù per dar ne venne.

XCIX.

Nè conviti sdegnò, nè liete mense,
Nè di cittade il conversar cortese.
De' nemici le trame e l' ire accense
A schivare talor, la fuga prese,
E a' loro guardi s' involò tra dense
Nubi dal tempio; e occulto ancor si rese,
Spesso movendo in ermi liti i passi,
Quando quegli prendean fremendo i sassi.

C.

Sovviemmi pur (il second' anno or riede),
Che udito Ei già l' acerbo caso orrendo
Dell' almo Precursor, cui in tetra sede
Il capo fe mozzar quel Re tremendo,
Che a ridonar a la fraterna fede
La tolta donna s' ammonì; fuggendo
Di qua guardingo, tutto il vulgo accolto
Lasciossi indietro, e s' inselvò nel folto.

Nec rex ipse Erebi generis foedissimus hostis
Humani, nostras qui recto avertere mentes
Nititur, abstinuit Dominove, Deove pepercit.
Forte etenim comitum strepitus, turbamque sequentum
Dum fugeret quondam, se clam subduxerat Heros
Coetibus, et solus lucis degebat in altis.

Jamque quaterdenos frugum sine munere soles
Condiderat, totidemque famem per inhospita noctes
Pertulerat, cum jam tempus ratus ecce nocendi,
Affuit extemplo multis cum millibus hostis
Noctipotens, quos tartareis ducebat ab antris,
Flammea semiferi capitis gestamina quassans;
Jamque sui frustrà spe praemia praecipit aestus.

Ergo illi meditans nequicquam illudere, dictis
Talibus aggreditur: Superi tu certa Parentis
Progenies, verusque Deus, tibique omnia parent,
Quid durare fame confecto corpore pergis?
Nec subito in totidem convertere adorea liba
Haec circum quae saxa vides ingentia tentas?

CI.

Lo Stigio re, sovvertitor funesto,
Che dal dritto sentier tenta il mortale
Disvïare mai sempre, ancor molesto
Si rese al suo Fattor, Nume immortale;
Quando ritrarsi dal susurro infesto
L' Eroe bramando un dì, pose in non cale
I compagni e le turbe, e in aspro lito,
Boscoso e inospital vivea romito.

CII.

Era oppresso colà da fame rea,
Già mostrato ed ascosto il suo bel viso
L' astro maggior quaranta volte avea:
Il tenebroso rege al lume inviso,
Che facile la fraude allor vedea
Con terrifico stuol venne improvviso,
E, squassato il brutal capo fiammante,
Sperò trarlo ingannato a sè davante.

CIII.

Dunque fidando, e invan, nella sua frode,
Disse quel reggitor de' regni oscuri:
Figlio Divin, tu vero Dio cui lode
Dà la terra col Ciel, così t' induri
A patir lunga fame ù l' uom non gode,
In questi liti sì selvaggi e duri?
Nè ti spigni a cangiare in pan bentosto
Ogni sasso che vedi intorno posto?

Non Divum latuere doli, atque haec reddidit ore:
Sunt mihi mortali tostae pro munere fruges
Sermones Patris auditi; divinaque verba;
Quae quoties animo repeto memor, effugit omnis
Pulsa fames subito, mensaeque oblita cupido.
Dixerat: his tamen auditis, haud destitit hostis
Congressu victus primo, pugnamque retentat,
Atque aliis super, atque aliis assultibus instat.

Terque novos semper coepti irritus integrat astus,
Nequicquam nunc regnorum, nunc laudis inani
Immotum tentans animum praevertere amore:
Ut cum sollicitum tollunt mare fluctibus Euri,
Crebra ferit, saevitque minaci verbere in alta
Littora, sed saxis allisa revertitur unda.

Nec Deus, haec subito quamvis praesentiat, arcet
Conantem, patiturque dolos sibi nectere vanos.
Nunc se marmorei supra fastigia templi,
Nunc rupem supra, scabrumque crepidine saxum
Subvectari ultro sinit, et spem accendit inanem.

CIV.

Emmi in luogo di pan mensa gradita
(Scorto l'inganno allor, soggiunse il Divo)
Del mio Padre Divin la voce udita :
Rimembrando il suo dir, la fame io schivo,
E 'l desire di cibo il ventre evita.
Ei sì parlò : l'assalitor, che privo
Fu di trionfo nel pugnar primiero,
Non ristette, e all' agon tornò più fiero.

CV.

Tre fiate rinnovar dell' empia mente
Osa il dolo, e tuttor lo vede ir vôto;
Cerca o di lode o di regnar possente
Inspirare il desir nel petto immoto :
Come l' onda del mar ch' alza sovente
Procelloso furor d' Euro o di Noto,
Se avvien che tocchi d' alto lido il piede,
Tutta infranta da' sassi indietro riede.

CVI.

Benchè fian tutti al Redentor palesi
Tali sforzi, Satàn Ei pur non caccia :
Soffre che invan gli sian de' lacci tesi,
Che opponga il tentator novella faccia.
Or ne' colmi che son più in alto stesi
Sul gran tempio portar fra nere braccia
Si lascia, ed or su dirupata parte,
E vota speme gli fomenta ad arte.

Cum vero vicisse ratus jam gaudia dira
Conciperet frustra illi inhians, se protinus Heros
Ipse Deum claro confessus numine coram,
Irrita furta, dolosque exibat semper apertos:
Qualis ubi excussis per plana evasit habenis
Liber equus, ludit famulos hinc inde sequentes.

Saepe hic dissimulans, atque illic improbus haeret,
Perque viam oblatas interdum pascitur herbas;
Ast ubi jam videt instantes, elabitur, alteque
Emicat, et spatia transmittit maxima campi.

Quam speciem expertus nequicquam ubi denique sensit
Hostis atrox, abiit victusque, Deumque reliquit:
Cui centum volucres pluma pernice ministri
Astabant missu Genitoris, opemque ferebant.

CVII.

Ma quando scorge, che anelante il rio
Già nutra in sen, qual vincitor si fosse,
Gioja feral, si mostra lui per Dio;
Sì schiva allor le frodolenti mosse,
E l'inganno protervo sì scoprio:
Come altero destrier veggiam, che, scosse
Le briglie omai, discorra il pian veloce,
Schernendo di staffier la man, la voce:

CVIII.

Or finge scaltro d'arrestarsi; or quivi
Già burbero si ferma; or l'erba coglie
Che presenti il cammin lunghesso i rivi,
Mostrando là di satisfar sue voglie:
Ma poi che vede infin, ch'omai n'arrivi
Il ruvido staffiero, allor discioglie
Più ch'ale i piè, con salti al Ciel si leva,
E s'invola da lui che 'l fren teneva.

CIX.

Quando il truce rettor dell'ombre eterne
Vide tentato invan il Dio Tonante,
Rapido s'ingolfò tra bolge inferne:
Indi al Nume volâr cento davante
Spirti alati del Ciel, da le superne
Sedi scesi quaggiù, che in un istante
L'Almo Padre spedì; costor le brame
Troppo ardenti fugâr di lunga fame.

Si vero causas odiorum, ac semina quaeris
Tantorum, cur gens omnis opponitur uni;
Haec norint ipsi. Certe non talia gessit,
Quae capto affingunt odiis crudelibus acti:
Non homines inter magis est affabilis alter,
Non pietate prior; venia complectitur omnes;
Hostis, Civis, ei nullo discrimine habentur.

Multi impune ideo digna, atque indigna ferenti
Objicere, omnes nutu cum perdere posset.
Sera olim cum Sidoniam sub nocte per oram
Ferret iter fessus, nos parva exclusit ab urbe
Gens fera, nec tecto est dignata Heroa precantem.

Nos igitur tristes supremum orare Parentem,
Aspiceret coelo, nec Gnatum ferret inultum,
Sed populum immitem caelesti protinus igni
Corriperet, subitis et inhospitalia moenia flammis,
Non tulit, ac verbis nos indignatus amaris
Increpuit, potiusque urbem miseratus iniquam est.

CX.

Se poi chiedi, onde vien cotanto sdegno,
E perchè contra un solo il popol tutto?
Esso che 'l sa, narrar potria l'indegno.
Ah! quel che imputa a Lui, prigione addutto,
Rabbia di cor maligno e atroce ingegno,
Certo non è della sua vita il frutto.
Chi più affabile e pio? chi più clemente?
E chi più nell' amare indifferente?

CXI.

Eppur più fiate obbrobrioso fatto
Hanno opposto a tal Uom, che ben potria
I nemici annientar tutti ad un tratto.
Mentr' Ei di notte un dì lasso ne gìa
Ne' liti di Sidon, il piè protratto
A picciola città, la gente ria
Fuor ci respinse, nè degnò d'un tetto
Lui che inchiesta facea d'aver ricetto.

CXII.

Tristo e irato ciascun di noi diresse
I voti allora al Regnator del Cielo,
Onde benigno il suo Figliuol vedesse,
E, tratto a la città fulmineo telo,
Con la gente crudel tutta l'ardesse;
Ma di tanto rigor, di tanto zelo
Il Divo ci sgridò; pietade Ei volle
Piuttosto usar con la città sì folle.

Saepe etiam auctores scelerum haud ignarus adhibat,
Infamesque domos, sceleratáque tecta subibat,
Quo moniti exuerent fastus, moresque sinistros,
Et secum inciperent paullatim assuescere recto:
Sic Matthaeus, agri dives sic noster et ipse
Zachaeus, centumque alii ad meliora vocati.

Nec tamen, id faceret dum creber, defuit olim
Qui falli ratus incautum pro crimine magno
Objiceret, quod non fugeret contagia dira.
Ipse sed, ut medicam veluti languentibus aegris
Ferret opem, totam quaerebat sponte per urbem;
Sicubi mortales mentem caligine pressi,
Quos nocte eriperet bonus, ad lucemque vocaret,
In tenebris caeco miseratus pectore volvi.

Id Superis, Superûm id magno cordi esse Parenti,
Seque ideo claro missum memorabat olympo.
Insuper et coelum compleret quanta, docebat,
Laetitia, aetherei quanto gens incola regni
Acciperet plausu, si quis mortalibus oris
Inventor scelerum, atque pii contemptor, et aequi
Justiciam colere inciperet, rectumque tueri.

CXIII.

Sovente pur s' introducea cortese
Dell' empio e malfattor nel tetto istesso;
Con soave parlar quegli riprese,
Ed al retto sentier, omai dimesso
Il reo costume, a ricondurlo imprese.
Così Matteo, così Zaccheo che oppresso
Era già da ricchezze, e così cento
Volsero poscia al ben lo sguardo intento.

CXIV.

E poi che Cristo sol cotanto oprava,
Di contagio letal gli fea delitto
Più d' un che i fatti con livor mirava.
Qual medico però che l' egro afflitto
Curando va, l' ampia Città girava,
Onde al mortal sì cieco il cammin dritto
Potesse dimostrar, pietate avendo
Che fosse avvolto in tenebror sì orrendo.

CXV.

Tal, diceva, che sol fia de' Superni
Il voto, e tal del Padre, e tal l' obbietto
Di venirne quaggiù da' seggi eterni:
Pur diceva del Ciel fra l' aureo tetto
Qual giubilo si desti, e qual s' esterni
Da quegli abitator gioja dal petto,
Applaudendo al mortal, che, pria perverso,
Al giusto e retto oprar poi fia converso.

Sicut ovem incautus pastor, qui e millibus unam
Amisit serae oblitam decedere nocti
Cum gregibus; ubi per rupes, perque aspera tristis
Quaesivit dumeta diu loca cuncta volutis
Convisens oculis:

demum si forte reposta
Pascentem valle invenit, subito arripit illam,
Sublatamque humero stabulis laetissimus infert;
Intranti dulces occurrunt oscula nati
Praeripere, et reducem plausus domus excipit omnis.

Iccirco neque colloquiis muliebribus Heros
Abstinuit: nuperque legens Samaritidis orae
Rura sub antiquis Sichareae moenibus urbis,
Viderat ad fontem venientem ut forte puellam,
Imploravit aquam supplex, putealiaque hausit
Munera qui pelago, qui fluminibusque sonoris
Imperat, et vastum largis rigat imbribus orbem:

CXVI.

Come appunto un pastor che perso avesse
Una tra mille del lanuto armento,
Cui 'l piè non valse a ricalcar l' impresse
Orme dell' altre, già pauroso e lento
Della notte all' orror fra l' ombre spesse:
Tocco da duol, senza schivar cimento,
Tra balze e dumi e in questa parte e quella
Va rintracciando la smarrita agnella:

CXVII.

Affaticato, in un burron riposto
Se alfin per caso pascolar la vede,
Corre anelante a l' abbrancar ben tosto,
Agli omeri l' adatta, e allegro riède
All' abituro ed ù l' ovil n' è posto;
La famiglia festante incontro incede,
La strigne a gara al sen, baci le imprime,
E accogliendo così sua gioja esprime.

CXVIII.

Perciò col ceto femminil non schiva
L' Eroe pur anco di tener discorso.
Nel suol Samaritan mentr' Ei ne giva,
De' muri di Sicar seguendo il corso,
Vide donna venir su la sorgiva,
E le richiese di chiar' onda un sorso:
Bevve quegli che 'l mar regge, e disserra
Ed i fiumi e le piove in su la terra:

*

Cujus ad imperium populis sitientibus olim
Delicuit rupes, atque undis plurima fluxit.
Secreti nos interea mirarier omnes;
Ipse sed admonitam, atque ultro commissa fatentem
In lucem e tenebris, altaque e nocte vocabat.

Saepe illi pueros, aevo et florente puellas,
Flore comam pressos, et molli fronde revinctos
Submisere piae, metuunt dum cuncta, parentes;
Quo teneris animis pulchrae virtutis amorem
Insereret, stimulisque rudes impleret honestis.

Impubem turbam affatus placido ore monebat,
Lustrabatque manu, ne carmina dira nocerent,
Neve ulla infernis premeret vis edita ab oris.
Quin etiam elatos animo super omnia acerbis
Urgebat dictis; rebusque exempla reliquit.

CXIX.

Quegli che a un cenno sol l'arsiccio seno
A dure rupi aprì, tal che le genti
Che dira sete in ermi liti avièno
Ne videro sgorgar puri torrenti.
Di noi frattanto ognun cheto e sereno
I rai rivolse a tal incontro intenti:
Egli ammoniva e lei traeva al lume
Che accusava i suoi falli e 'l reo costume.

CXX.

Più genitrici ancor, cui spigne amore
Ne' figli a paventar tutto, più fiate
La donzella e il fanciul nel più bel fiore
Secure gli affidâr di loro etate;
Ond' Ei nell' alme tenere l' ardore
Di virtude accendesse, e, d' onestate
Gittando i semi, negli intatti petti
Alimentasse gl' innocenti affetti.

CXXI.

A quèsta schiera impubere parlando,
Tutto placido il viso Ei l' ammonia,
E a discacciar del tentator nefando
Col sacro tatto di sue man venìa
L' occulta possa o l' incantesmo infando.
Ma se d' animo elato alcun vi sia,
Con duri detti a rampognar lo prende:
Ed esempli ci diè d' acerbe emende.

Mecum olim socii, absentem dum quaerimus illum,
Tendebant, fessique via concedimus omnes
Speluncae ante fores, densis quam plurima opacat
Frondibus, et flexu ramorum protegit ulmus.
Multum hic inter nos quaerentes vana moramur,
Quis nostrum foret e numero praestantior omni,
Dilectusve ipsi magis, acceptusve magistro.

(Mira loquar) nos ut primum ipse in limine vidit,
Haesit acerba tuens, iterumque, iterumque rogavit,
Quis sermo foret, aut quaenam certamina nobis.
Nos contra taciti nihil hiscere, dum piget omnes
Verborum memores, fuerant quae plurima vana;
Tum subito ostendens puerum, cui mollibus annis
Laudis adhuc erat, et tumidi mens nescia flatus:

Nulli fas (inquit) Superûm aspirare beatis
Conciliis, si non fastus dediscat inanes,
Et penitus famae exuerit contemptor amorem,
Ceu puer hic nullam suspirat pectore laudem.
Non aliter coelum pateat: prius aequore salso
Esse queant nubes, aut pisces vivere in arvis,
Arboris aut stirpes frondescere in aetheris oris.

CXXII.

Da noi diviso un dì, mentr' io movea
A rintracciarlo i piè, s' uniron meco
I socii pur: tutto il drappel sedea
Poi stanco dal cammin presso uno speco,
Che procero e fronzuto un olmo fea
Col pieghevole crin più oscuro e cieco:
Colà si stava a discettar da nui
Chi più affetto ne fosse e caro a Lui.

CXXIII.

Come all' autro vicin tra noi si rese,
(Dirò cosa a stupir) turbato il viso,
Guatando s' arrestò; poscia richiese,
Qual fosse il disputar sì forte e fiso.
Dubbiosi a Lui ridir vane contese,
Noi taciti restammo: Egli improvviso
Mostrandoci un fanciul tenero ancora,
Senza desio d' onor, sì disse allora:

CXXIV.

All' eterna lassù magion felice
Non unqua all' alma d' aspirar n' è dato
Del vano fasto e de la gloria altrice:
Questo imiti che a laude ha il cor negato.
Dischiudersi altrimenti il Ciel non lice:
Prima i pesci guizzar vedransi in prato,
I nugoli vagar fra instabil' onde,
Sbucciar le piante in su l' eteree sponde.

Horret adhuc animus, mihi cum fratrique poposcit
Illum praecipuos frustra pia mater honores;
Scilicet aetherea superi Genitoris ut aula,
Caelicolum in medio celsa cum sede sederet
Subnixus, propior nostrum resideret uterque,
Dextram alter juxta amplexus, laevae alter inhaerens.

Extemplo gravis ille, obtutuque asper acerbo
Non matrem, (quid enim mater pietate merebat?)
Sed nos, qui vano ignaram submisimus astu,
Corripuit meritos verbis haud mollibus urgens;
Usque Deum premere elatos, longeque superbos
Averti, quos famae agitat, laudumque cupido.

Ipse ideo haud impar Genitori cum sit, et illa
Quae Pater aeque eadem possit, tamen ora canentum
Saepe sibi laudes Genitorem vertit in ipsum;
Nil se audere hominem supra confessus, ab alto
Ni Pater omnipotens vires aspiret olympo.

CXXV.

Mi sento ancor nel petto il cor tremante,
In rammentarmi allor che i primi onori
Per me e pel mio german mia madre ansante
Chiese, sospinta da pietosi ardori;
Che quando all' Etra Ei torneria festante,
Assiso al soglio d' òr fra' comprensori,
La sinistra e la destra a Lui da presso
Ad ambedue tener fora concesso.

CXXVI.

Repente il Redentor grave indiritto
La sua voce intonò ver noi molesta,
Alla madre non già; (qual mai delitto
In fuor de la pietade usò cotesta?)
Chè avevamo sì il fasto al cor confitto,
Che ignara la movemmo a far l' inchiesta:
Quei depressi tuttor vidi cui grama,
Disse, un forte desir di lode e fama.

CXXVII.

Indi, benchè di possa al Padre eguale
Sempre fosse in oprar, non mai godere
De' plausi dimostrò; ma all' Immortale
Celeste Genitor tutto il potere
Solo ascrisse con dir, che in nulla Ei vale
Oltre il costume uman, se da le sfere
Non infonda quaggiù vigor superno
Dell' Orbe il Reggitor, il Sempiterno.

Iccirco gravibus morbis quemcunque levasset,
Plerumque edixit, ne factum proderet usquam:
Quove suas tegeret vires, cum tabida posset
Ulcera corporibus solo depellere nutu,
Aegros saepe tamen medicas legabat ad undas,
Ut vitium exuerent omne auxiliaris aquae vi.

Quid referam, quot eum populi, quot moenibus urbes
Optavere sibi, et voluere imponere regem,
Mittentes trabeam, sceptrumque, sacramque tiaram?
Ipsi etiam comites hortatu instare frequentes,
Armatus Syriae regnandam invaderet oram;
Mox fore continuo, ut sua sub juga mitteret armis
Quodcunque oceanus terrarum anfractibus ambit,
Immensumque novis frenaret legibus orbem.

Cum vero hortantes urgerent, protinus ipse
Occuluit sese, montesque aufugit in altos.
Immanes tamen invidia, et crudelibus isti
Insurgunt odiis, poenasque uno ore reposcunt,
Uniusque petunt caput omnes. Scis quibus illum
Huc furiis traxere, quibus clamoribus omnem
Implerunt trepidi, captam velut hostibus, urbem.

CXXVIII.

Perciò a quanti guarì celar n' impose
L' esperta man che sì sanato avesse :
E , onde forano ancor sue posse ascose
E l' inclite virtù , sebben potesse
Da' corpi a un cenno allontanar l' annose
Piaghe d' atro malor , gli egri diresse
Le infette membra a dilavar nell' onde ,
Ove arcano vigor rendeale monde.

CXXIX.

Chè dirò quante genti e quai cittati
L' ambirono qual Re , mandando infino
Porpore e scettri e sacri serti aurati ?
Anco i compagni l' esortâr che inchino
A se rendesse con poter d' armati
Di Siria il regno ; sì che 'l suo domino
Potria sull' Orbe dilatar non meno ,
E a questo impor di nove leggi il freno.

CXXX.

Ma proseguendo a concitarlo invano ,
Alfin tra' monti s' involò veloce.
E questi da rancor , da un odio strano
Tocchi fansi a clamar con una voce :
Dura morte ad un sol , Lui cruccio insano.
T' è ben noto , che qui schiamazzo atroce
Fero in trarlo i furenti , e tal ch' empìo
La Città , quasi in man dell' oste rio.

Ipse Patris mandata obiens, tulit omnia certus
Digna, indigna pati; nam se quaerentibus ultro
Obtulit, et noctis cum munere posset opacae
Defendi, bis se manifestum prodidit ipse:
Vidi illos tamen ad capti procumbere vocem
Attonitos, terramque gravi consternere casu.

Nec vero sacris aut templo demit honorem,
Nec gentis leges, veterumve edicta refigit:
Quamvis visceribus monet, et lustralibus extis
Parcendum posthac, nec jam ultra caede litandum;
Verum alios longe ritus, moremque sacrorum
Indicat obscura verborum ambage latere,
Legiferique aperit voces animumque magistri.

Quodque magis mirere, sciunt, et scire fatentur
Aereas venturum vatem lucis ad auras,
Unus qui nobis coeli invia claustra recludat,
E tenebrisque pios vehat alta ad sydera manes;
Id patribus promissum, omnes id volvere vates.

CXXXI.

Ei volendo obbedir all' Almo Padre,
Fuor di spavento a tollerar s' accinse
Conscio le cose ancor ch' indegne ed adre.
Ei stesso, *io son*, due fiate a dir si spinse,
E si diede in poter d' infense squadre,
E della notte il bel favor n' estinse:
Io vidi al suon di tai parole espresse
Quelle cader su l' orme loro impresse.

CXXXII.

A' prischi riti il sacro onor non tolse
Ed al tempio non men; nè leggi o editti
Di nostra gente e de' maggior disciolse:
E benchè vuol che in avvenir proscritti
Fieno dall' ara gli animai che volse
Per vittime Mosè, pur Ei descritti
Ha i novi riti, e tra gli antichi ascose
Le voci di colui che leggi impose.

CXXXIII.

E ciò, donde stupor trarrai più innante,
Il sa tal gente, e 'l labbro suo pur cita,
Che un Profeta divin quaggiù prestante
Respirare dovesse aure di vita,
Per cui rotto il sentier da umane piante
Non pria calcato in Ciel, colà lor gita
Facciano i Giusti alfin; chè avito detto
Tal era, e da' Profeti ognor predetto.

Hunc animis certi expectant miseri, quibus atris
Non datur in tenebris praesentem agnoscere lucem,
Et mediis largi sitiunt in fluminis undis.

Nam quem non moveant (nisi prorsum aversa voluntas)
Tanta viri virtus, tot facta ingentia, talis
Oris honos? Ipse ut vidique, hausique loquentem,
Et dulcem toto jactantem corpore amorem,
Fortunas, patriam, genitricem, cuncta reliqui.

Id socii fecere: neque hunc me deinde secutum
Poenituit: verum quantum ingens saepe favilla
Surgit ab exigua, semperque fit acrior ignis;
Hujus amor tantum mihi visus crescere in horas,
Et mage cor dulci semper flammescere cura.
Quique adiere semel, validis compagibus haerent.

CXXXIV.

Quest' invida genìa così sécura
Pur anco aspetta che costui ne vegna.
Ed oh misera gente ! ella s' indura
Tuttor nel hujo , e d' esto Sol che regna
La viva luce ravvisar non cura :
Ella le fauci inumidir disdegna ,
Comprese già da lunga sete adusta ,
Tra la fiumara di più rivi onusta.

CXXXV.

Qual insano mortal giammai v' avrebbe ,
Cui non mova (all' infuor d' un pertinace)
La virtù di tal Uom ? nè mover debbe
Dell' alma fronte il folgorar vivace ?
Nè patria e beni abbandonar m' increbbe ,
La genitrice infin , res' io seguace
Tosto che un dì l' alto Figliuol di Dio
Parlare intesi , e tutto amor vid' io.

CXXXVI.

Feo lo stesso il drappel che 'l segue e onora.
Mai sempre io godo a ricalcar suoi passi :
E come il foco destasi talora
Da scintilla , e 'l fiammare orribil fassi ;
Così ver Lui l' amor mi crebbe , e ancora
Fiso pensier che avvampa al cor mi trassi.
Una volta che un uom gli sia da presso ,
Resta giunto tuttor con forte nesso.

Nec nos aut donis, aut verbis fallere crede
Pollicitis blandis illectos: omnia nobis
Aspera promittit, cunctos diversa manere
Scilicet exilia extorres, passimque vagantes:
Promissis nec vana fides: adeo usque malorum
Pullulat ex alia, atque alia densissima sylva.

Unius ferro tantum caput excipit; unum
(Quisquis es) est placida clausurum lumina morte:
Ast alios caedes omnes instare cruentas.
Nostra jubet nos interea contemnere, opesque
Partiri, atque inopi miserorum impendere turbae,
Quos circumveniunt morbique, algorque, famesque;
Pauperiemque pati, rebusque assuescere egenis.

Multi nos ideo viderunt saepe per agros,
Aut silice in nuda projectos ducere somnos;
Aut gravidas fessos rerum decerpere aristas,
Indomitisque famem solari frugibus; undamque
Alta haurire cavis pronos ad flumina palmis,
Aut si quos usquam tellus dabat arida fontis.

CXXXVII.

Non creder già , che col parlar c' inganni
O ancor co' doni , o lusinghevol sorte
Promettendo ci alletti : Ei gravi danni
Sol predice ad ognun , bando , ritorte ,
Andar raminghi sotto i più duri affanni.
Tai promesse non fur nel vano assorte :
Ecco che un male un altro mal ci porge ,
E folta selva a pullolar n' insorge.

CXXXVIII.

La testa Ei serba a un sol da ferro illesa ;
(Chi sia non so) sola tra noi tal' alma
Al Ciel sarà placidamente resa :
Cruenta gli altri lasceran la salma.
Impon , che nulla affezïon fia presa
Al nostro aver ; questo partir con calma
A chi da fame e gel , da morbo è afflitto ;
Vivere in povertà ; patir di vitto.

CXXXIX.

Ond' è che spesso ci mirò la gente
Dormir ne' campi tutti in fuor de' tetti ,
E affaticati convertir sovente
Gli scabri sassi al nostro fianco in letti ;
Portar le spiche e acerbe frutta al dente ,
La dira fame a rattemprar costretti ;
E bere in curve man su' fiumi , o al fonte
Che arsiccio suol ne dava , o roccia o monte.

Non, mihi perpetuam si centum pectore aheno
Sufficiant vocem linguae, percurrere possem,
Quantas quoque modo aerumnas, quantosve labores,
Hoc ducente, animis durantes hausimus aequis.
Nam licet interdum penuria adaxit edendi
Exhaustos, rerumque inopes, quas flagitat usus;
Regum opibus tamen usque animos aequavimus altos,
Et mens in parvis aderat ditissima cuique.

Nec minus ingentem huc comitum adventare novorum
Cernere semper erat numerum, matresque, virosque;
Omnibus idem animus quibus, et mens certa sequendi.
Haud secus ac bellum si cui rex maximus urbi
Indixit: jamque arma ciet, jamque agmina cogit;
Cladem orae, exitiumque ferens, populisque ruinas.

Non tantum jurata manus, lectaeque cohortes
Incedunt: sed praeterea quos dirus habendi
Duxit amor varia cupidos ditescere praeda,
Agglomerant multi, atque injussi castra sequuntur.
Non sat erant lataeque viae, campique patentes
Tot populis, iret quacumque, sequentibus ultro.

CXL.

In metallico petto ancor che cento
Lingue avessi, ridir potrei nemmeno
Tutt' i disagi, il rio patir, lo stento
Che forti fummo a tollerar; chè appieno
Benchè privi talor dell' alimento,
Senza obbietti che d' uopo a viver fieno,
Non un guardo volgemmo invido a' Regi,
E ci avevam nostre miserie in pregi.

CXLI.

Pur faceva stupor l' immensa schiera
D' uomini e donne che l' Eroe seguia:
Tutti avevano in ciò costanza, ed era
Un medesmo voler che tutti unia.
Come talor che un sommo Re che impera
Crudele guerra ad intimar ne stia:
Le squadre invita a la tenzon vicina,
Per apportar nel regno ostil rovina.

CXLII.

Quegli non sol cui giuramento astrigne
Ed elette falangi il campo accoglie,
Ma quegli pur ch' avida brama strigne
D' un ingente bottin d' opime spoglie;
Addensata una turma ancor si spigne
Tutta presta a marciar di proprie voglie.
Un lato campo, un gran sentier capace
Non era a contener lo stuol seguace.

*

Saepe Heros sese ingenti subducere turbae,
Et montes petere, et desertos quaerere saltus.
Atque equidem memini, cum propter stagna profectus
Ferret iter, passimque manus praetexeret ingens
Littora, et urgeret supra densissima morem,
Proripuit sese, ac cymbam, quae forte parata,
Insiliit, subitoque jubens praecidere funem,
Teli intra jactum liquidum processit in aequor.

Constitit, hinc terramque aspectans, plenaque circum
Littora, divinis affari vocibus orsus,
Justitiaeque aperire viam, et vestigia recti.
Hic, illic stabant arrectis auribus omnes
Interclusi undis, inhiabantque agmine longo
Attoniti, miraque animos dulcedine capti.

Ipse loquebatur, circum sedata silebant
Aequora, ubique modo spirantibus incita flabris;
Frondiferaeque domus avium, sine murmure circum
Stabant immotae procurvo in littore sylvae.

CXLIII.

A un monte o bosco inospital ricorse
Spesso la folla ad iscanzar spedito.
Sovviemmi il dì, che da le turbe accorse
Sull' impreso cammin lunghesso il lito
Di picciol lago i passi suoi ritorse,
E, asceso in un battel là a caso sito,
Scissa la corda, s' inoltrò nell' onde
Quanto fora il vibrar di strali o fionde.

CXLIV.

Immobile col legno allor si rese,
E, la fronte rivolto inver la riva,
Del retto e giusto a ragionar n' imprese
Alla calca che intorno il suol copriva.
Da stupore e dolcezza insiem comprese,
Benchè l' onda ciascun da Lui partiva,
In ordine schierate avean le genti
Tutte i lumi colà, gli orecchi intenti.

CXLV.

Ei parlava, e del mar l' onda che altera
Pocanzi ergea romoreggiante strido,
Forte commossa da crudel bufèra,
Taceva in sen del fluttuante nido;
E 'l dolce e cheto asil d' alata schiera,
Le ombrifere foreste al curvo lido
Scevre da mormorio vedeansi immote,
E nè augello di là rendea le note.

Sed non interea longevae parcere matres
Vocibus : illum omnes mirari insueta loquentem ,
Felicemque uteri matrem , felicia matris
Hubera clamabant , quae talem enixa tulisset ,
Et teneris immulsisset plena hubera labris.

Namque docebat humi foede , in tenebrisque volutas
Ad coelum mortale genus sustollere mentes ,
Et lucem aspicere , et vanis desuescere curis.
Tum pacem hortari : placidam super omnia mites
Pacem optate viri :

tumidosque remittite flatus ,
Demissique animis , nil vanae laudis egentes ,
Mortales contemnite opes , contemnite honores ;
Et duris vitam assueti , parvoque beati
Pauperiem tolerate : brevis quaecunque voluptas
Ista adeo , atque diu nihil est mortalibus aegris.

CXLVI.

Ogni donna però di figli altrice,
Ogni matrona infra quel popol misto
Non frena il labbro a lo stupor, chè elice
Insolito sapere il dir di Cristo:
Ella si spigne a sì clamar: Felice
Il sen che 'l chiuse, e donde Ei l'aura ha visto!
Fortunate mammelle allor che adatte
Furo d'alto volere a dar Lui latte!

CXLVII.

Er' Egli a dimostrar, le menti umane
Ciecamente quaggiù rivolte al fimo
Dover tendere al Ciel, fuggir le vane
Cose avvolte tra l'ombre e ascose all' imo.
Poscia esortando a ricambiar l'immane
Ferocia in pace del crear suo primo:
Ite in traccia, dicea, miti di cuore,
Di bella pace ognor; nutrite amore.

CXLVIII.

L'alterigia fia, su, da voi sbandita,
E, resi umili, unqua a pregiar la frale
Vana lode non siate: a dura vita
Deh! piegatevi pur, con rapid' ale
Fuggendo gli agi e onor: vi fia gradita
La povertà; chè al labile mortale
Fassi breve il piacer, e non è data
In nulla al peregrin lunga durata.

Vobis haud propriae hic sedes; concessaque longum
Regna manent meliora, graves ubi solverit artus
Mors anima: vos stelligera Pater optimus aula
Protinus excipiet laetos melioribus oris,
Pax ubi tranquilla, et cunctarum opulentia rerum,
Et secura quies, nunquam peritura voluptas.

Et dubitet tanta quisquam mercede laborem
Ferre brevem, terrisque sequi me sponte relictis?
Ad veras emergere opes, emergere honores
Tendite, quos nulli casus, nulla auferat aetas.
Este pii: inter vos mentem exercete benignam,
Inque vicem placati animis miserescite vestri.

Tum longe prohibete iras, odiisque ferendo
Parcite, rumoresque vagos contemnite vulgi.
Nulli fas ideo accepto pro vulnere vulnus
Reddere: praestiterit vero pulsantibus ultro
Sese offerre, genisque ictum expectare secundum.

CXLIX.

Non avvi qui durevole soggiorno:
A voi sarà sede miglior concessa,
Facendo l'alme al Creator ritorno.
V'accoglierà ne la sua Regia istessa
L'Eccelso Genitor: corteggio intorno
La quiete farà che unqua non cessa,
L'abbondanza e 'l piacer ch' eterno dura,
Dolce tranquillità, pace secura.

CL.

Chi fia colui che tal mercè ricorre
Unqua non vuol con poco stento; e 'l mondo
Così lasciando, di seguirmi aborre?
Al ben tendete, al vero onor profondo
Che alcun caso non puote o età ritorre.
Con animo sereno e amor giocondo
Vi ammonite pietosi; e tollerante
L'un dell'altro fia pur verace amante.

CLI.

Lontan tenete il divampante sdegno:
Tutto soffrendo, di perdon compensi
Date al livor: d'instabil vulgo indegno
Non curate il gracchiar, nè i detti infensi.
Render colpo per colpo è un turpe impegno,
Vietato all' uom che a le mie leggi attiensi:
Egli invece presenti a chi percote
Un doppio colpo ad accettar le gote.

Vana alii certent armis pro laude, nocensque
Ferrum acuant, pulchramque petant per vulnera mortem.
At tu mortales nullo discrimine amare
Disce omnes, pacemque inglorius hostibus opta:
Nec tibi ventosae sint tanti murmura famae.

Omnibus in primis sit mens interrita leti;
Nullaque vos animis duros vis avocet aequo.
Terrenos artus homines, moribundaque membra
Interdum extinxisse queant, et perdere ferro,
Tuta anima ipsa manet durae haud obnoxia morti.
Et vos omnipotens coelo Pater aspicit alto,
Avertitque malis; cujus sine numine vestrum
Haud hominum quisquamvaleat divellere crinem.

Submissos vos hunc unum fas usque vereri:
Huic, o, rite preces, huic digna piacula ferte,
Cui mare, cui tellus, campisque patentibus aer
Obsequitur, nitidique tremit plaga lucida coeli.
Huic procumbite humi prostrati, huic pandite vota:
Vos siquidem aeternis etiam post funera poenis
Ipse potest sontes sub tetro urgere barathro.

CLII.

Altri lode a mertar vota e fallace
Usino l'arme pur, rotino il brando,
E fra piaghe il morir che sì lor piace
S'abbian, le prove di valor lasciando.
A voi sia legge tutti amar; la pace
Chiedere umìli all' inimico infando:
Nè inutile piacer di fama altera
Lusinghevole al cor s'attacchi e 'l fera.

CLIII.

Deh! mirate tuttor la morte in calma:
Nè forza mai dal retto oprar vi svolga.
Sebbene l'uom possa ferir la salma,
O con colpo mortale appien la sciolga,
Franca e illesa però riman vostr'alma.
Sempre avverrà, che 'l Padre a voi si volga
Per ritrarvi dal mal: senza di Lui
Non è dato un capel torre ad altrui.

CLIV.

Sol dessi paventar l'Alta Potenza.
Umili prieghi e sacrifizi offrite;
E sì sforzate a esercitar clemenza
Chi 'n terra e in Ciel di mano sua l'escite
Cose onoran mai sempre, ed han temenza.
Deh! prostrati a Lui solo i cor n'aprite;
Chè al baratro infernal a cruda sorte
Rei cacciarvi potrà dopo la morte.

Nec timor admissos cuiquam sit adire leones,
Seclaque pictarum saevissima pantherarum.
Ite mei objectu protecti nominis: ite
Adversum intrepidi: mansuescent protinus ursi,
Vestraque parcentes allambent vulnera lingua.
Quin humiles victus animis secludite curas:
Observate genus pecudum, genus altivolantum.

Nullae illis artes, nulla illis cura futuri;
Non tamen aut tegimen, victus aut copia desit:
Omnia dives alit rerum sator, omnia curat.
Ille etiam injusso tellurem gramine vestit,
Floribus appingens sata versicoloribus arva,
Arboribusque comas, atque umbras montibus addit.

Fraudes, insidiaeque absint, ac foeda libido,
Neve modum supra mensis gaudet paratis,
Desidiasque animis, atque ocia pellite vestris:
Nec vetitos thalamos, inconcessumque cubile
Affectate, sitisque alieni desinat auri.
Quisque suis opibus contenti vivite, et ultro
Spes interdictas, et inania ponite vota.

CLV.

La pantera e il leon tanto feroci,
Cui sarete davante a forza resi,
Non temiate: securi e insiem veloci
Itene incontro lor, da me difesi:
Placido l' orso ancor da zanne atroci
Vi lascerà tutti lambendo illesi.
Pur fugate il pensier di cibo; e invece
Mirar le fere ed ogni augel vi lece.

CLVI.

Previdenza non evvi in quei, nè cura;
Ed han ove coprirsi e trovan vitto:
Tutti sostenta, ed ogni ben proccura
Il gran Nume che all'Orbe ha l'esser fitto.
Ei d' erbe ammanta il suol, e dà natura
Quanto l' uomo non unqua in mente ha scritto:
Di vario-pinti fior riveste i prati;
Tien gli alberi di fronde e 'monti ombrati.

CLVII.

Lunge le frodi, il turpe amor, le trame,
Da voi lunge il piacer di ricche mense.
Schivi l' ozio ciascun; non fia che grame
La rea pigrizia il cor: nè fia che pense
A donne altrui; ma fughi ognor tai brame;
Fughi de' beni altrui le voglie accense.
Lieti del proprio aver, benchè ristretti,
Speme ingiusta o desir non mai v' alletti.

Neve autem scelerum facies nunc prosequar omnes,
Quid dicam, quibus est cordi fraus, atque libido
Dira juvat, ficto simulant tamen ore latentes
Virtutem, subeuntque dolis, et crimina obumbrant?
Ne, jubeo, ne talem animis assuescite pestem:
Nil adeo latet, ipsa dies quin detegat ultro.

Praeterea cohibete oculos; ne quaerite vestris
Vulnera sponte animis: fandi hinc compescite amorem;
Saepe olim incautos non lingua cohercita mersit:
Discite jamque ideo posthac haud falsa profari:
Jamque novos purgati animis inducite mores.

Si qua tamen veteris culpae vestigia restant,
Diluite, et sacris contagia vincite lymphis.
Ipse ego fons veluti liquidam purissimus undam
Sufficiam: properate ad aquas: haurite liquentem
Matres, atque viri sitientes protinus amnem:
Ferte pedem huc omnes; nec opus potantibus auro,
Argentove: mei fontis patet omnibus unda

CLVIII.

Onde le colpe qui non tutte aprire ,
Che dirò di colòr cui piace in seno
Orrendi doli e sozze voglie e dire
Covar di voluttà ; mentre che appieno
Simulando virtù , celan le mire
E' fatti d'empietà? Di tal veneno
Non imbrattate i cor : nulla è sì ascosto ,
Che poi rimanga lunga età riposto.

CLIX.

Nel riguardar ponete modo a' rai ;
Che vogliate infettar di mal panìa
Da voi medesmi il cor non fia giammai.
La lingua abbiate in fren ; cauta ne stia ,
Chè più fiate arrecò rovine e guai ,
Mal ristretta dall' uom : lunge pur fia
Il mendace parlar. Nel sen s' imprima
Un costume non pari a quel di prima.

CLX.

Ma se riman d'avito fallo infesto
In voi qualch' ombra ancor , con le sacr' onde
Ogni macchia letal tergasi presto.
La fonte io son che chiaro umor diffonde ,
E quel mai sempre a' sitibondi appresto :
Vengan uomini e donne a queste sponde :
Oro non chieggio a dissetar nè argento ;
Lato è 'l rivo , onde ognun fassi contento.

Sic leti vitate vias : ita sydera aditur ,
Sydereasque domos , mutari nescia regna.
Haec mihi praedixit Genitor , quae voce monerem
Veridica : sunt fonte mihi verba omnia ab illo.

Talia dicta dabat , coeli super omnia Regem
Placandum non visceribus , non sanguine caeso ,
Sed votis , precibusque jubens exposcere pacem ;
Et modus orandi quisnam foret ille , canebat :
Omnipotens Genitor , sedes cui lucidus aether ,
Sic nomen , laudesque tuae celebrentur ubique :

Et promissa orbi incipiant procedere lustra ,
Cum tua non minus in terris gens jussa facessat
Mortalis , quam caelicolae tibi in aethere parent.
Nos divina hodie coelo dape reffice ab alto :
Parce dehinc bonus , ut nostris ignoscimus ipsi
Hostibus , ac nullis adversis objice inermes
Tentando ; prohibe a nobis sed cuncta pericla.

CLXI.

Sì divergete dal sentier di morte:
V'è concesso così dal sommo Cielo
A stellata magion poggiar, le porte
Tutte dischiuse già, scisso ogni velo,
Ove si regna per eterna sorte.
Tai verità, ch'ora insegnando io svelo,
Ha già svolte il Gran Padre a me sua Prole:
D'esto Fonte divin son tai parole.

CLXII.

A siffatto parlar soggiunse ancora,
Che s'asterrà da vittime cruente
D'ora innanzi chi 'l Nume e cole e onora;
Che pace implori con orar frequente;
E 'l suon de' prieghi sì diresse allora:
Padre che sedi in alto Ciel fulgente,
Del tuo nome risuoni e tutto echeggi
Il mondo ognor che di tua man correggi.

CLXIII.

Il tuo regnar cominci; e 'viatori
Adempiano e 'Superni i cenni tuoi.
Il pan ci dona de' celesti ardori;
E ogni nostro fallir cancella poi,
Come opriamo noi pur co' debitori:
E se costanti tu provar ci vuoi,
Unqua non ci lasciar tra' neri artigli;
D'ogni mal ci rimovi e da' perigli.

Addidit, et ventura canens, fore, cum vagus olim
Sol claram speciem concrèto lumine tectus
Exuat; et subito, stellanti nocte perempta,
Sufficiat nullam luna orbi argentea lucem,
Sanguineis faciem maculis perfusa nigrantem:

Praecipitentque polo passim turbata labanti
Sydera, quae lapsu certo, spaciove feruntur;
Visque ea, quae coeli irrequietos conciet orbes,
Desinat, incerto rapiantur ut omnia motu,
Atque prope avulso absiliat de cardine mundus.

Dum terras veluti rapidum per inania fulmen
Ipse iterum petat, et multis cum millibus idem
Adveniens, hominum vitas, et crimina quaerat.
Ut res promisso simulac succenderit igni
Flammarum totum tempestas sparsa per orbem,
Continuo tellure nova, coeloque recenti
Defunctas animas vita in sua corpora rursus
Evocet ad blandum lumen, populosque sepulchris
Eliciat;

CLXIV.

Poi presagendo l'avvenir, sì disse:
Tempo verrà, ch'errando il Sole, il volto
Del fulgido chiaror che Dio gli fisse
Dispoglierà, tra dense nubi avvolto:
E de le stelle al firmamento infisse
Il vivido fulgor sarà distolto;
Nè vedrassi raggiar l'argentea luna,
Di sangue allor tutta cospersa e bruna.

CLXV.

Del vacillante Ciel a mano a mano
Rovineran i luminar giù tutti,
Quei che sono a rotar nell'alto vano,
E quei che 'l Facitor fisi ha produtti:
S'arresterà l'onnipossente Mano,
Ch'è a volgerli tuttor; tal che, distrutti
I lor moti, ogni cosa infin rapita
Ne fia col mondo ch'escirà di vita.

CLXVI.

Mentre cinto verrò d'immense schiere
D'umane colpe a la finale inchiesta,
Qual folgore quaggiù da eccelse sfere.
E quando universal fiamma funesta
Tutto consunto avrà, tosto le nere
Tombe vote saranno, e ogni alma intesta
Un'altra fiata al suo corporeo velo
Nova terra vedranne e novo Cielo.

*

secumque pios educat ad astra,
Quos Pater a prima praevidit origine rerum
Mente suos fore, et aethereo transcripsit olympo.
Ibunt aligeri juvenes, coelumque profundum
Horrifico sonitu implebunt, atque aere recurvo
Quattuor a ventis excibunt undique gentes.

Judicis ad solium properabitur aethere toto:
Ipse alte effultus, montisque in vertice summo
Arbiter effulgens circumferet ora tremenda;
Secernetque pios, dextraque in parte locabit,
Laeva autem coget sontes, quae plurima turba.

Qualis post hyemem exactam cum gramine molli
Pascua laeta vocant stabulis armenta reclusis,
Ipse greges pastor nitidos missurus in agros
Sortitur: placidas primo legit ille bidentes
Dinumerans, olidasque jubet procul esse capellas.

CLXVII.

Meco trarrò su lo stellato tetto
Quanti Giusti previde il Padre in mente,
Pria che all'aura venisse un sol obbietto,
E suoi gli ascrisse in Ciel. Orrendamente
Gli aligeri Garzon torvi l'aspetto
L'Orbe tutto faranno al suon pavente;
E' morti desterà da fredde tombe
Roco squillo feral di curve trombe.

CLXVIII.

Per l'etereo sentier ratto davante
Al Giudice s'andrà, ch' alto splendendo
Al vertice d'un monte, il suo sembiante
Intorno intorno volgerà tremendo
D' irremovibil Arbitro costante;
E' popoli confusi allor partendo,
A dritta adunerà lo stuol beato,
E' rei (turba maggior) nel manco lato.

CLXIX.

Siccome al ritornar del dolce aprile,
Allor ch' ilari i greggi il campo induce
Ridursi al pasco fuor d'usato ovile
Che a quei tepidi dì la terra adduce;
Noverando il pastor prima l'umile
Candido gregge, a un solo stuol riduce
A rilasciar pascendo, il chiuso n'apre,
E lunge tien le male olenti capre.

Cernere erit liquidas longe fulgere per auras
Corpora clara hominum, quibus atrae obnoxia morti
Abluet omnipotens Pater, aeternumque manebunt
Amplius haud rerum subjecti casibus ullis.
Nemo illam ante diem speret cum corpore sedes
Aetheris, exceptis paucis, quos ipse sepulchro
Exurgens secum superis Deus invehet oris.

Solae animae interea tali statione fruentur.
Contra autem sontes tenebris, ac nocte prementur
Aeterna, et meritas pendent per saecula poenas.
Omnia quae sera nuper mihi nocte canebat,
Cum caput ipsius in gremio moerore gravatum
Una eadem accumbens sponda, admotusque loquenti
Saepe reclinarem, moesti solamen amoris.

Quid repetam, quae saepe vagi Jordanis ad undas
Ediderit? quae Judaeae sub montibus altis?
Nunc caecis involvens ambagibus ultro,
Nunc manifesta palam claro sermone locutus,
Dum populi circumsistunt, stipantque frequentes:
Nunc se principium rerum, finemque canebat,
Nunc veri fontem, atque hominum lucemque, viamque:

CLXX.

I luminosi corpi il Ciel secando
Vedransi coruscar, resi immortali
Dal mio possente Genitor mirando.
Pria che vegna un tal giorno infra' mortali
Nullo agognar potrà, lassù volando,
Ire in corporeo vel, se non quei tali
Ch' io risorgendo su l' eterea sede
Trarrò meco, chè fur costanti in fede.

CLXXI.

Ivi sole godran riposo intanto
L' alme. All' orror d' ottenebrato chiostro
I rei fian sempre in duol, fian sempre in pianto.
Ha tai cose Ei medesmo a me dimostro
La scorsa notte, lui giacendo accanto:
Io tocco dal dolor del Duce nostro
Poggiava il capo in sen, mentr' Ei dicea,
E 'l mio dolente amor compenso avea.

CLXXII.

Quai sensi espresse di Giudea sull' erto
O sul vago Giordan dirò pur io?
Quand' ebbe il vero sotto vel profferto
D' arcani detti a più d' un uom restio,
E quando il tutto pienamente aperto,
Cinto intorno da turbe il sommo Iddio:
Ei sè stesso diceva Autor primiero,
Guida e luce dell' uom, fonte del vero.

Nos fortunatam prognatam hoc tempore prolem:
Nos felix tellus, nos saecula laeta tulere:
Nobis divinam vocem, divina loquentis
Verba haurire Dei propius saepe obtigit unis.
Scilicet hinc lustris veniet labentibus aetas,
Cum seri optabunt eadem vidisse nepotes.

Talia Joannes cunctis mirantibus ore
Perstabat memorans: cum protinus ecce tumultu
Ingenti Solymûm irrumpit manus impia, et urbis
Rectorem appellant, poenasque uno ore reposcunt.
Diffugiunt ambo, et magnam stat adire Parentem,
Ignaramque diu tantarum fallere rerum.

CHRIST. LIB. QUARTUS EXPLICIT.

CLXXIII.

Ei ci nomava pur felice gente,
Cui dato aveva in questi dì la luce
Beata terra e secolo ridente:
Chè solo a noi l' alto favor s' adduce
Il Nume da vicin mirar sovente,
E gli almi accenti udir d' un tanto Duce:
Chè in progresso avverrà, che avrian desire
Le tarde genti di vederlo e udire.

CLXXIV.

Tutti d' alto stupor Giovanni empìa,
Tai cose rammentando il viso immoto;
Quando rapida entrò folta genìa
Di duri Cittadin: tutti in gran moto
Diero forte clamor, che Cristo fia
Tratto alla morte, universal lor voto.
Fuggiro entrambi allor, la nuova amara
Alla Madre a recar del caso ignara.

FINE DEL CANTO QUARTO.

M. HIERONYMI VIDAE

ALBAE EPISCOPI

CHRISTIAS

LIBER QUINTUS.

Insonti vero Romanus parcere capto
Toto corde petens, huc mentem dividit, atque huc
Fama viri, virtusque animo, egregiique recursat
Oris honos, nec jam obscurum genus esse Deorum:
Omnia respondent auditis. Denique ad ipsos
Conversus Solymos fremitu tectum omne replentes:

DELLA CRISTIADE

DI

MARCO GIROLAMO VIDA

CANTO V.

ARGOMENTO.

Giuda dispera, e di sua man s' appende.
Anna accusa il Signor: Ponzio ad Erode
Il manda, e lui da quel Sovran si rende.
Le sante membra aspro flagel gli rode:
Poi si danna a morir tra doglie orrende.
Dio cheta in ciel l' alto romor che s' ode.
Figesi al legno; e a' piè da duol ferita
Piagne la Madre: infin lascia la vita.

I.

Ondeggianti pensier mesto volvea
Il Preside Roman nel chiuso petto,
Che l' innocuo Prigion salvar volea:
Di Lui la fama, le virtù, l' aspetto,
L' alta origo Divina, e quanto avea
Udito già, tutto consente al detto.
Alle dir' alme a strepitar sì fisse
Conturbato la faccia alfin ne disse:

Ite, ait, et posito mox huc certamine adeste.
Sit qui pro cunctis numero delectus ab omni
Fando aliquis doceat, quo tandem is crimine morte
Mulctandus, quod tantum obstet scelus ordine pandat
Ausonti: simul haec, simul illi abiere frementes,
Christo animis certi nunquam desistere vivo.

Parte alia, Regem qui foede prodidit hosti,
Mutatus scelus agnoscit periturus Iudas;
Ah miser: infectum quam vellet posse reverti!
Nulla quies animo, saevire in pectore dirae
Ultrices, caecasque ob noxam sumere poenas;
Nec capit insanos curarum pectore fluctus.

Hinc secum aera manu sceleris causam attulit amens,
Quae Solymi magno dederant in munere pacta:
Atque sacerdotum sacrata ad limina venit
Vociferans: vestrum hoc argentum, haec munera vestra
Accipite: en sceleris pretium exitiale repono.

II.

Movete omai di qua : lunge le gare.
  Fia scelto un sol di tanta turba , adatto
  A ridir la ragion col suo parlare ,
  Onde deggia morir , e qual reo fatto
  Si possa mai del Prigionier provare.
  A tale tuon , fremendo tutti , a un tratto
  Risoluti partiro infin che i rai
  Quei non chiudesse a non placarsi mai.

III.

Altrove Giuda , il reo fellon che diede
  In man nemica il Redentor , l' orrore
  Del suo fallo mirando , in sè poi riede ;
  E oh quanto ! avria desir di trarsen fuore.
  Pace non ha : l' atro furor che 'l fiede
  Sente addensarsi e far vendetta in core
  Della colpa feral ; nè più capace
  È d' affanni a soffrir la piena edace.

IV.

Sì che stolto l' argento in man si rende ,
  Vile cagion del suo fallire infando ,
  Prezzo dell' opra e di perfidie orrende ;
  E , al sacro limitar alto gridando ,
  A' Sacerdoti sì a parlar n' imprende :
  Ecco il vostro danaro ; il don nefando
  Riprendete , via su : del mio delitto
  Rendo la paga , da dolor trafitto.

Heu! Heu! quid demens volui mihi? quo scelus ingens
Inductus pretio admisi? Nam vera Dei ille
Progenies, verusque Deus; nunc denique cerno,
Discussaeque abeunt tenebrae, et mihi reddita mens est.
Sic fatus, simul argentum conjecit in ipsos:
Olli autem flentem risere, ac sera videntem.

Infelix abit hinc amens, caecusque furore.
Multa putat, curae ingeminant, saevitque sub imo
Corde dolor, coelique piget convexa tueri:
Tum secum, huc illuc flammantia lumina torquens:

Hem! quid agam infelix? quaenam, quae saecula porro
Sera adeo tantum scelus unquam oblita silebunt?
Accedamne iterum supplex, crimenque fatebor,
Atque ausim veniam sceleri sperare nefando?
Quo vero aspiciam vultu, quove alloquar ore,
Quem semel indignum decepimus, inquemerentem?

V.

Ahi demente che son! che far voll' io?
Ahimè! qual prezzo a tale error sospinse?
Questi è Figlio del Nume, Ei stesso è Dio;
Or veggo appien: quel tenebror che avvinse
I miei lumi, la mente e 'l petto mio,
È già sparito. E in così dir respinse
Ratto l' argento contra lor: ma quegli
Riser di lui, che tardi pianga e immegli.

VI.

Il misero partì vie più demente,
Da infernale furor forte compresso.
Volge vari pensier la cieca mente;
S' addoppiano gli affanni; e più da presso
S' addura il duol che in cupo sen si sente:
Sì che schivo di luce e di sè stesso,
Qua e là torcendo gl' infocati rai,
Questi versa tra sè dolenti lai:

VII.

Lasso! che far dovrò? Qual secol fia
Tardo così, che smemorando appieno
Il delitto crudel, tacer potria?
Lui davante ardirò portarmi almeno,
Onde alla colpa abbominosa e ria
Il perdono impetrar? Ma . . . come fieno
I miei sguardi e 'l parlar volti a Colui,
Che innocuo offesi, e traditor ne fui?

Hinc igitur longe fugiam, quantum ire licebit,
Ignotusque aliis agitabo in finibus aevum?
Hinc me praecipites me me hinc auferte procellae,
Quo fugit usque dies a nobis, luce peracta.

At quis erit tutus tandem locus? omnia praesens
Aspicit, ac terras Deus undique fulmine terret:
Et me conscia mens, atque addita cura sequetur,
Sive iter arripiam pedibus, seu puppe per undas.
Quos? quibus? at moror, et ludunt insomnia mentem.

Vos precor, o, mihi vos magnae nunc hiscite terrae.
Quid dubito? nunc te tangunt scelera impia, Iuda
Infelix: tunc debueras, tunc ista decebant,
Cum revocare pedem, cum fas occurrere pesti.
Nunc morere, atque nefas tu tantum ulciscere dextra
Sponte tua, lucemque volens, hominesque relinque.

VIII.

Me dunque accoglierà piaggia romita,
Quanto lunge di qua fuggir m'è dato,
Ed ivi grama menerò la vita,
Tuttor solingo e agli occhi altrui celato?
Su, voi procelle, ad eseguir tal gita,
M'abbrancate repente, e a vol levato
Trasferitemi là, dove ritorno
Fa dechinato il Sol, già chiuso il giorno.

IX.

Ma 've asilo securo e pace avrassi?
Vede ovunque l'Eccelso, e fulminando
All'Orbe tutto paventevol fassi:
O cammini pedone, o il mar solcando,
Il reo rimorso seguirà miei passi.
Ma che mai dico? a chi ragiono errando?
A che bado? che fo? mia mente vana
Tra questi sogni più si rende insana.

X.

Scindi, o terra, il tuo sen; m'ingoja a un tratto.
A che sospeso ancor? Giuda, il tuo core
In questo istante sol punge il misfatto?
Allor si conveniva, allor che fuore
Trarne potevi il piè spedito e ratto.
Or di morte crudel fii tu l'autore;
Sia la stessa tua man del fallo ultrice;
Muori di tuo voler; muori infelice.

Talia jactabat certus jam abrumpere vitam
Invisam, et saevum leto finire dolorem:
Curarum hanc unam metam ratus, atque laborum.
Fluctuat, atque sibi semper tellure videtur
Absumi, aut rapido de coelo afflarier igni.

Usque adeo ante oculos capti obversatur imago.
Pallor in ore, acies circumlita sanguine, et artus
Algentes tremit, instantis vestigia leti;
Et nox multa cava faciem circumvolat umbra;
Omnia nigrescunt tenebris caliginis atrae.

Demens, qui potius veniam sperare fatendo
Non ausus; neque enim precibus non flectitur ullis
Rex Superûm, et justae bonus obliviscitur irae.
Ergo ille inceptis perstans, et sedibus haerens
Iisdem, abiit, sylvaeque tremens successit opacae,
Regia quae propter frondebat plurima tecta.

XI.

Sì dicendo, era già colui deciso
Ir da sè stesso a desïata morte,
Come fine del duolo al cor sì fiso:
Che l' angosce e le pene in quella assorte
Tutte fossero alfin, già gli era avviso.
Pargli tuttor, che si scoscenda e 'l porte
Nel baratro la terra, o che dal Cielo
Cali ratto su lui fulmineo telo.

XII.

Sempre avante a' suoi rai del Divin Figlio,
Dell' Augusto Prigion l' immago il fiede.
Pallido il viso, sanguinoso il ciglio,
Freddo le membra pel terror, n' incede
Di morte incontro al paventoso artiglio:
Intorno al volto raggirar si vede
Atra notte, che lui rinchiude il tutto
Tra denso tenebror, tra nero lutto.

XIII.

Stolto! che a Dio pentito il cor non volge,
Appalesando il suo feral delitto:
Chè l' eccelsa Bontà lontan divolge
Il suo sdegno dall' uom contrito e afflitto,
E prende ciò che quegli a Lei rivolge.
Dunque essendogli in mente ognor confitto
Il medesmo pensier, tra folta selva
Presso il tetto regal tosto s' inselva.

Atque ibi, dum trepidat, qua tandem morte quiescat,
Incertus, latebras ne animae scrutetur acuto
Fortiter, et pectus procumbens induat ense,
An se praecipiti jaciat de culmine salti;

Ipsae quae attonitum, mortisque cupidine captum
Ducebant semper furiae, infensaeque preibant,
Informem prona nectentes arbore nodum,
Ostendere viam: collo namque inde pependit,
Ut meritus, laqueoque infami extrema secutus
Spiramenta animae eliso gutture rupit,
Et totos subito pendens extabuit artus.

Nondum picta novo coeli plaga mane rubebat;
Jamque sacerdotes concursu cuncta replentes
Vestibulum juxta astabant; longisque fremebant
Porticibus: nempe antiquo de more licebat
Nulli luce sacra pollutum insistere limen.

XIV.

Intanto ch' ivi tremebondo stassi
E incerto di qual morte infin s' ancida;
Se sopra acuto stral cader si lassi
Intrepido col petto, e si divida
La sua salma così, che 'l ferro passi
Ove ascosa ne sta l' alma Deicida;
O pure giù precipitoso e grave
Un salto spicchi d' alta cima o trave:

XV.

Ecco Aletto, che a fianco ognor l' infesta
E l' incita a morir coll' atre suore,
Per un laccio la guisa allor n' appresta:
A un albero s' annoda, e con furore
Ivi pel collo penzolon si resta.
L' ultimo spiro alfin sì tragge fuore
L' alma interrotta per l' infranta strozza,
E marciscon le membra all' empio rozza.

XVI.

Non ancor distendeva il roseo manto
La foriera nel Ciel del novo giorno;
E' Sacerdoti già facean cotanto
Folto ingombro, che i lochi intorno intorno
Nell' atrio empìan. Nel portical frattanto
Tutti fremean del Consolar soggiorno;
Chè in dì sacro toccar soglia profana
Era ascritto pel rito a colpa insana.

Tandem Romulides, juvenum stipante caterva,
Fascibus egreditur patriis, ostroque superbus,
Et solio ante fores sedit sublimis eburno:
Consedere patres pariter juxta ordine et ipsi,
Atque diu siluere: orsus dux denique fatur:

Dicite quo tandem demitti crimine morti
Poscitis egregium juvenem: quaesivimus ipsi
Et genus, et vitam: nil dignum morte repertum:
Sed potius factis fama illum ingentibus affert.
Ut propius vinctum vidi, audivique loquentem,
Ut stupui!

Ut visus mihi nil mortale sonare,
Cuncta Deo similis, vultum, vocemque, oculosque!
Aut certe Deus ille, Dei aut certissima proles.
Cedite: ne regem vestrum ignorate volentes.
His dictis, cunctis penitus dolor ossibus arsit
Ingens: infremuere omnes, gemitumque dedere.

XVII.

Venir tra paggi e tra littor che innante
Recan i fasci il Duce alfin si vede
Con manto porporin, grave il sembiante.
Su d'un soglio d'avorio in alto siede,
Della magione al limitar davante:
Lui dintorno ogni Padre ha pur sua sede,
E contene il parlar; finchè Pilato
Il principio al suo dir così n' ha dato:

XVIII.

Dite su, di qual fallo è reo costui,
Onde bramate che a morir fia tratto?
Richiesi io stesso del natal di Lui,
Di quanto oprò; nè cosa invenni affatto
Degna di biasmo alcun: de' gesti sui
La fama ho invece e 'l sommo onor ritratto.
Qual sorpresa mi feo prigion pocanzi
Che 'l vidi e intesi ragionarmi innanzi!

XIX.

Allor m' avvidi, che immortal si fosse
Quell' inclito Garzon: sì l' additaro
I lumi, il viso, il suo parlar, le mosse.
O certo è Nume, oppur d' un Dio preclaro
Figlio che qui da l' alto Ciel recosse.
Non più smentite il vostro Re, ch' è chiaro.
Ciò detto; intenso duol quei rei penètra,
Che innalzano rabbiosi un grido all' etra.

Tum senior surgit fandi doctissimus Annas
In medio, et dictis exorsus talibus infit:
Si tibi non aliis per se manifesta pateret
Res, signis Romane, vel hinc dignoscere promptum
Cuique foret, teque in primis, dux, multa moveri
Convenit, huc cum tot collectos undique cives
Convenisse vides unius crimina contra.

Hic autor fandi multos sermone fefellit,
Et facie (ne cede dolis) mentitur honesta
Virtutem: scelerum tegit alto in pectore amorem.
Nonne vides, haec relligio quo se nova vertat,
Orgia quo, coetusque, et nocturni comitatus?

Seditione potens judaeas suscitat urbes,
Ausus se passim terrarum dicere regem,
Progeniemque Patris summi, cui sydera parent.
Atque ideo veluti Deus, ultro crimina fassis
Dat veniam, poenaeque metum post funera solvit.

XX.

Sorge in mezzo il più vecchio, e sì s' esprime,
Anna de' dotti dicitor ch' è duce:
Se ciò chiaro per sè, Pretor sublime,
D' altri segni non anche avesse luce,
Te movere dovrebbe in su le prime
(Come aperto ad ognuno il ver riluce)
Veder de' Primi immenso stuol qui accolto
Contro d' un sol tra orrendi falli avvolto.

XXI.

È questi un uom che a ragionar sì vale,
Che giunse scaltro ad ingannar la gente:
Su fronte onesta, imperturbata e uguale
(Duce, non t' abbagliar) virtù ne mente,
E nutre in seno ogni desir di male.
Pur non t' avvedi dove fia tendente
Sua nova religion co' riti stessi,
E 'l notturno gioir de' suoi congressi?

XXII.

Possente turbator Giudea sommove,
Osando s' appellar Re della terra,
Nato da Genitor che gli astri move.
Perciò all' egro mortal che sovent' erra,
Qual Dio, concede il bel perdon, laddove
L' impiagato suo cor tutto disserra;
E 'l rende immune dal timor di pene
Che dopo morte il peccator si tiene.

Quod scelus haud aliter poterit, quam morte, piare;
Sic veteres sanxere: sed et vetera ipse retractans
Jura, novas figit, simulato Numine, leges,
Instituitque novos ritus, nova sacra per urbes,
Quae servent seri ventura in saecla nepotes.

Quin ipsas haud obscura proh! voce minatur
Dejecturum aras, seque igni templa daturum,
Templa olim impensis tantorum structa laborum.
Et jam jam volet ipsum etiam restinguere solem,
Syderaque obsesso verbis deducere coelo.

Haud scelus ille tamen fallaci pectore quivit
Dissimulare diu: neque enim scelerata subire
Tecta horret, nec se vetitis conventibus aufert
Admonitus, sociique epulis capiuntur opimis.

XXIII.

Quest' orrido delitto è tal, che puossi
Sol morendo purgar: sì han definito
Gli antichi editti da' Maggior promossi.
Col manto d' Immortal da Lui mentito
I primi dritti e' prischi riti ha scossi,
Ed altra legge e sacrifizio e rito
Fonda per le città, che i pronepoti
Faransi poscia ad osservar devoti.

XXIV.

Anzi con detti non arcani, ahi folle!
Gli altari a un tratto rovinar minaccia,
E 'l gran tempio bruciar, tempio che volle
Tanta spesa e poter d' immense braccia.
Dice che sì la possa sua s' estolle,
Che valga ad oscurar del Sol la faccia,
Quand' Ei voglia, ed al suon del suo parlare
I pianeti e le stelle al Ciel furare.

XXV.

A lungo non potè celar nel petto
L' iniquitade che al suo cor s' attiene:
Chè non s' adonta frequentar quel tetto
Ove l' empio ne giace; e nè s' astiene,
Benchè ammonito di cotal difetto,
Da conversar co' rei, talchè ne viene
Tra questa razza nequitosa e infensa
A sedere sovente a ricca mensa.

Quin etiam interdum si qua tota impius urbe
Inventus fama ante alios ob crimina notus ,
Continuo paribus gaudens adit impiger illum ;
Nec requies , donec sibi conciliarit amicum :
Tantus amor scelerum , tantum illi fallere cordi.
Tum , festis cum fas nihil exercere diebus ,
Ipse tamen pellit morbos , aegrisque medetur.

Quid memorem , ut socii vetitis impune per aedes
Vescantur dapibus , cereremque , et pocula tractent ,
Haud prius ablutis manibus sine more , sine ullis
Legibus immundi , contactuque omnia foedent ?
Scilicet omnipotens placitos tot saecula ritus
Retractat Pater , et mentem sententia vertat ?

Quae nova tempestas ? ea ne inconstantia coeli ?
Dede neci , ne turicremas , quibus imminet , aras
Destruat , et posthac non ausit talia quisquam.
Dede neci : poenas sceleri impius hauriat aequas :
A sacris prohibe infandos altaribus ignes.

XXVI.

E se talun per empietà più noto,
Più diffamato in la Città vi sia,
Ne corre in traccia, e non ristà dal moto,
Finchè nol trovi, e amico suo non fia:
È tanto a' falli e ad ingannar devoto.
Arrogi, ch' anco i rei malor ne stia
A fugare dagli egri in dì festivo,
Quando l' opra si debbe avere a schivo.

XXVII.

Dirò che vansi impuni ognor pascendo
D' illecite vivande i suoi seguaci;
E come, l' uso di lavar fuggendo
In pria le palme, a brancicar voraci
Fansi il pane ed i nappi (oh fallo orrendo!),
E imbrattan tutto con toccar gli audaci?
L' eccelso Reggitor forse il primiero
Nostro rito ne cangia e 'l suo pensiero?

XXVIII.

Orribile scompiglio! e qual fia questo
Mutamento nel Ciel? L' empio perisca,
Anzi che, al nostro Nume e all' are infesto,
Abbater tutto, come Ei dice, ardisca;
Nè tant' osi all' esempio altr' uom molesto.
Fallo alfine morir; e 'l reo patisca
Alta pena dovuta al suo fallare:
Tien lunge il foco dal sacrato altare.

Dixerat; atque omnes eadem simul ore fremebant.
Romulus at dictis nequicquam flectitur ullis:
Nec nova primum audit nunc crimina cuncta: nefando
Scit fabricata odio, dum Christi gloria, et ingens
Sacrilegos stimulis virtus exercet amaris.

Atque ait: Haec coram fama est vos saepius illi
Objecisse, quibus semper sermone paratus
Restitit, et vera victor ratione refellit.

Nec se progeniem superi negat ipse Parentis,
Quem vos promissum coelo divinitus olim
Venturum tandem auxilio mortalibus aegris
Non latet, ut veteres Genitoris molliat iras,
Concilians generi vestro, culpamque parentum
Ipse sua virtute luat.

XXIX.

Anna sì disse ; e brontolar lo stesso
Gli altri fremendo allor s' udian. Non cede
Pertanto a' detti il Roman Duce : è desso
Inteso appien di tali accuse , e vede
Sol fingere il livor tai cose spesso ;
Chè la virtù che nel Prigion risiede ,
E la sua gloria amaramente incita
Con fero spron l' invida gente ardita.

XXX.

Ma noi (soggiugne a quel sinedrio accolto)
Dallo squillo di fama abbiam qui appreso ,
Che sovente di ciò con finto volto
Impavidi il gravaste , e ch' Ei ripreso ,
Tutto pronto il parlar a voi rivolto ,
Vi stette a fronte da' rigiri illeso ;
Ch' anzi così col ragionar vi strinse ,
Che forte ognor ne la tenzon vi vinse.

XXXI.

Unqua non niega , che la Prole Ei fosse
Del Sempiterno Genitor possente ,
Che promise dall' alto aver le mosse
A prendere quaggiù tra voi vegnente ;
Onde all' uomo giovar con dive posse ,
Chetando il Padre di giust' ira ardente ,
Con addossare del fallir sì rio
Degli avi il pondo , e con pagarne il fio.

Sic ferre priorum
Accepi monimenta ; patres id prodere vestros.
Et rebus probat ipse : adeo circum oppida lustrans ,
Arrexit totam monstris ingentibus oram ,
Quae non ullae artes hominum , non ulla potest vis.
Quin etiam in lucem quosdam revocavit ab umbris ,
Queis penitus jam mors totos immissa per artus
Solverat haerentes animae de corpore nexus.

Quare agite , o , odiis , miseri , desuescite iniquis :
Ne frustra pugnate : Deum sed discite vestrum.
Dixerat ; at magis , atque magis violentia gliscit
Omnibus , ingenti clamore insistere , et una
Infreni saevire , humerisque abscindere amictum.

Nec secus increvere animis ardentibus irae ,
Quam si Atesimve , Padumve undis laeta arva parantem
Diluere , agricolae subiti compescere tendunt
Aggeris objectu ; praeceps magis aestuat amnis
Insultans , victorque altas ruit agmine moles.

XXXII.

In tale tuon i Maggior vostri ho udito
Aver parlato: e già le prove Ei dienne;
Chè qui dintorno percorrendo, il lito
Di maraviglia a ricolmar ne venne
Con tai prodigi, che null' uom perito
Unqua con arte far potrà, nè fenne.
Molti ancor ridestò dall' atra morte,
Le salme già da letal sonno absorte.

XXXIII.

Su, l' iniquo livor lunge dal petto
Spingete omai; deh! non cozzate invano:
Ma ravveduti con devoto affetto
Inchinate tal Re, tal Dio Sovrano.
L' alto Duce Latin avea ciò detto;
E lo sdegno in colòr cresce sì insano,
Che fansi tutti a schiamazzar molesti,
E strappansi da dosso infin le vesti.

XXXIV.

Nè d' altra guisa quel furor s' aumenta,
Che quando Adige o Po con lati flutti
I lieti campi d' allagar s' attenta:
Presti gli agricoltor si rendon tutti
La piena a rattener ch' alto spaventa;
Ma tosto il fiume gli argini costrutti
Precipitoso vincitor n' atterra,
E versa l' onde su l' arata terra.

Forte autem rex, et soboles hoc tempore regum
Herodes studio sacrorum advenerat urbem.
Munere Romulidum pars huic amissa paterni
Reddita erat regni, Galilaeaeque oppida habebat.

Quem postquam accepit rector Romanus adesse,
Solveret ingrato quo sese munere tandem,
Transmisit Galilaeum illi vinctum Galilaeo,
Atque ipsum jussit, vitamque, et crimina, si qua,
Quaerere, pro meritisque viro decernere poenas.
Tum vero audito Christi rex nomine laetus
Duci intro jubet, ingenti correptus amore
Compellare virum, ac propius vera ora tueri.

Quem dein aggreditur vario sermone: sed ille
Nil contra, atque oculos nusquam avertebat olympo.
Ergo illum nil supra hominem miratus, et ultro
Irridens, iterum jubet ad praetoria duci:
Et rursum haud laeto Romano redditur insons.

XXXV.

Erode allor tra le sue mura avea
L' alma Città de la Giudea reina ,
Germe regale , a cui desio si fea
Mirar la sacra pompa omai vicina.
Egli era il Regnator di Galilea ,
Che generosa l' aquila Latina ,
Strappata in pria co' suoi paterni regni ,
Sola gli rese in don co' regii segni.

XXXVI.

Il Galileo Prigion tra rie ritorte
Ponzio l' incarco di sgravarsi ansante
Trasmise al Galileo Sovran , che , scorte
L' addotte macchie di nequizia avante ,
Donasse Lui , se malfattor , la morte.
Di Cristo il nome in ascoltar , festante
Ch' entri impera quel Re , pel gran desire
Di goderne vicin l' aspetto e 'l dire.

XXXVII.

Indi vario sermon mescendo , volse
Tentar Cristo ; e l' Eroe tuttor silente
Non unqua i rai dal sommo Ciel divolse.
Sì che non visto in Lui verun patente
Segno di sovruman , l' empio si volse
A dileggiarlo allor qual uom demente ,
E 'l respinse al Pretorio : e 'l Roman Duca
Vede con suo dolor che gli s' adduca.

Hic me deficiunt animi: mens labitur aegra.
Horresco meminisse, Dei quae vera propago
Pertulerit mala, factus homo Deus, autor olympi,
Quem mare, quem tellus, vacuique patentia tractus
Atria, nec capit immensi plaga lucida coeli.

Aura tuo, Omnipotens, vires mihi reffice lapsu,
Aura polo demissa, tuo hic me Numine firma.
Haec animi victus quoties evolvere tento,
Omnia me circum nigrescant: pallida cerno
Astra, caputque atra roseum ferrugine solem
Occulere, et moestum in lachrimas se solvere coelum.

Tantane te pietas miserantem incommoda nostra,
Tantus adegit amor, coeli o lux clara sereni,
Vera Dei ut soboles, verus Deus aethere missus,
Tam gravia haec velles, perpessuque aspera ferre?
Divinumque caput terrena mole gravatus
Subjiceres tot sponte malis? haec praemia ferres,
Nostra tua bonus ut deleres crimina morte?

XXXVIII.

Qui mi s'agghiaccia il cor : manca la lena
Nella mente confusa al pensier mio.
Inorridisco in rimembrar la pena
Ch' ivi soffrì l' alto Figliuol di Dio,
Ei che umana natura ancor ne mena ;
Divo Fattor onde già l' Etra uscìo ,
Che terra e mar , che de l' immenso Empiro
Unqua non cape interminabil giro.

XXXIX.

Almo Spirto Divin , deh ! omai discendi
In me veloce da l' eterno soglio ,
E 'l mio vigore a confortar ne intendi.
Tali cose narrando , io sì m' addoglio ,
Che m' involge una nube : a' crucci orrendi
Veggio le stelle per crudel cordoglio
Impallidirsi ; il Sol tra nero ammanto ;
E tristo il Cielo distemprarsi in pianto.

XL.

Dunque tanta pietà dell' uom t' ha preso
Pel suo grave malor , cotanto amore ,
Sempiterno Figliuol , Dio giù disceso ,
O de' Superni principal chiarore ,
Che amasti sostentar sì duro peso ,
Ed esporre il Divin capo all' orrore
Di tanti mali ? A cancellar sì buono
Le sue colpe , il morir togliesti in dono ?

Nos dulces vetita decerpsimus arbore foetus:
Tu trunco infando pendens crudele luisti
Supplicium, o nimium nostros miserate labores.
Tu quamvis Deus, atque Dei indubitata propago,
Heu nunc haec hominum, nunc cogeris illa subire
Arbitria in vinclis, et judicis ora vereri,
Qui toti adveniens olim datus Arbiter orbi.

Pontius ut vinctum sua rursum ad limina reddi
Conspicit, arbitrio nec se subducere tristi
Posse videt, saevis curarum tunditur undis:
Jamque his, jamque aliis iterumque, iterumque retentat
Crudeles animos, et parcere nescia corda
Irritus, ac studio frustra adversatur inani.

Quam magis ille animis tendit sermone mederi,
Nunc supplex, placidusque, minis nunc asper acerbis,
Tam magis accensis crudescunt cordibus irae.
Tandem ait: Haec redeunt, vestrorum antiqua parentum
Vana superstitio, certis cum sacra diebus,
Unum ego de multis inclusis carcere suevi
Reddere, et ex arctis impune emittere vinclis.

XLI.

Noi d' albero vietato il dolce frutto
Spiccammo un dì con temeraria mano:
Tu su tronco feral ti sei condutto
Per noi lassi a patir supplizio insano:
Benchè tu sii del Facitor del tutto
La gran Prole, soffrir d' arbitro umano
Dei la sentenza, e paventar suo viso,
Tu che 'l Mondo in un dì farai conquiso.

XLII.

Quando dinanzi il Prigionier respinto
Già si vede il Pretor; nè via trovando
D' escir d' intrico, è da' pensier sospinto
Quinci e quindi: a piegare il cor nefando
Dell' empio stuol da rio furore avvinto,
Or un modo, or un altro ei va tentando;
Ma invan s' oppone, e sempre invan s' adopra,
E ben s' accorge che fia vana l' opra.

XLIII.

Quanto più quegli spirti ei vuol lenire,
Or supplice pregando, ed or severo
E acerbo in rampognar, tanto più l' ire
S' accendono, e 'l furor divien più fero.
Imprende alfin sì conturbato a dire:
Riedendo i dì che a festeggiar vi diero
I vani riti, liberar solei
Sempre un solo prigion de' molti rei.

Hunc igitur vobis ipsum solvine jubetis
Insontem ? nam quem potius dimittere possim ?
Et jam poenarum satis , ac feritatis abunde est.
Aut solvo , aut porro vos hinc abducite , et atrae ,
Ut libet , immeritum sine me demittite morti.
Non tulit , et medium sermonem abrumpit , acerbans
Crimina falsa cohors , et poenas ingravat ore.

Forte illis Barabas populo patribusque diebus
Invisus , quo non scelere usquam immanior alter ,
Jamdudum in vinclis poenam expectabat acerbam :
Nulla fugae spes prorsus , ei via nulla salutis.
Huic igitur Praeses vellent ne , an parcere Christo
Scitatur , sperans ita tandem evadere posse.

Illi autem victique odiis , caecique furore
Exsolvi Barabam poscunt , veniamque precantur
Uni omnes , Christumque absumi funere tendunt ,
Atque obstant summa studiis rectoris opum vi.
Ille autem loris caedi , virgisque salignis
Divinum mandat (visu lacrimabile) corpus.

XLIV.

Bramate, che vi dia quest' uom disciolto?
Chi si potrebbe rilasciar piuttosto?
Molto soffrì tra le sevizie involto.
O ch' io lo sciolgo; oppur di qua discosto
Menatelo, e innocente al viver tolto
Fia da voi, non da me che sommi opposto.
Qui interrompe il parlar la turba, e riede
Le accuse ad inasprir; morte ancor chiede.

XLV.

Eravi allor Barabba, un uom ferale,
De' malvagi il peggior, cotanto odiato,
Che in Solima non fu giammai l' eguale:
Era al gastigo in la prigion serbato,
Che sfuggir non poteva alfin letale.
Or ne dimanda al popolo Pilato,
Se perdonar voglia a Barabba o a Cristo
(Sperando trarlo da furor sì tristo).

XLVI.

Ma pressa da livor, di sdegno ardente
Sclama, che l' empio prigionier si sciolga,
E gl' implora il perdon l' iniqua gente;
Che dura morte il Redentor ne toglia,
E s' oppone al Pretor sì acerbamente.
Dunque impera costui, che atroce doglia
S' abbia il corpo Divin sotto i flagelli:
Cruda vista a' mortali ancor che felli!

Fors (ait) innocui potero hac extinxe cruoris
Arte sitim : sic immitis miserebitur hostis ;
Et lacerum totos cernentes cominus artus
Ipsi ultro sociati, animos a morte reducent.

Jam largo undabat foedatum sanguine corpus,
Perfusique artus tabo, liventia colla,
Collaque, brachiaque, et detectae verbere costae ;
Atque ejectabat crassum roseo ore cruorem.
Talem in conspectu populi statuere, cruentos
Nudum humeros, pectusque, ambasque a poplite plantas ;
Nam medium texto velabat carbasus albo.

Palluit aspectu coelum : conterrita fugit
Cornibus obtusis sub terram argentea luna,
Nimbosoque diu latitans evanuit ore ;
Et pariter visa astra polo cecidisse sereno.

XLVII.

Forse potrò de la crudel genla
Calmar (fra se dicea) la feritate ,
E la sete di sangue avida e ria
Estinguere così : di Lui pietate
Avrà forse ; ed alfin così ne fia ,
Che satolla escirà dell' ire usate ,
Le membra aperte in rimirar da presso ,
E vorrà che non più mora l' oppresso.

XLVIII.

Spargeva il sangue a largo rivo ondoso ,
E tutte già n' eran le membra asperse
Del divo Corpo da le sferze roso :
Lividi i bracci e 'l collo , ignude ferse
Le coste , e 'l viso ancor atro-spumoso.
Tale a' guardi del popolo s' offerse ,
Denudato dal capo a' piedi infino ,
Sol covrendolo in mezzo un bianco lino.

XLIX.

Questo scempio feral mirando il Cielo
Si tinse di pallor : l' argentea luna ,
Che lungo tempo in nebuloso velo
Ascosa si tenea , pallida e bruna ,
Attonita fuggì , ratta qual telo ,
Ove il Sol dechinando ha nova cuna ;
E si videro insiem , rotto il lor freno ,
Le stelle rotolar da Ciel sereno.

Non tamen hostiles explevit sanguine poenas :
Sed magis , atque magis crudescunt corda precando ,
Quae non ullae artes , quae non vis mitigat ulla.
Immerito letum intendunt , extremaque poscunt
Supplicia infensi : resonant clamoribus alta
Atria : certatim se cuncti hortantur in iras.

Eumenides , missique inferna e nocte ministri
Tartarei , tenues animae , sine corpore vitae
Circumeunt , stimulosque acuunt ardentibus acres ,
Et lucem eripiunt miseris , agitantque furentes.

Romanum interea monet ipsa exterrita visis
Per somnum conjux , juvenis ne sanguine sese
Polluat , abstineat capto , portenta minari
Magna Deum in somnis : Is erat , is candidus ille
Agnus (ait) , nunquam ludunt me somnia vana ,
Quem circumfusique canes , sudibusque petebant
Pastorum globus omnis.

L.

Nè son paghi col sangue i rei desiri :
Anzi fassi , pregando , ancor più atroce
Quello sdegno ch' incende i cor de' diri ,
Cui non puote addolcir forza nè voce.
Sempre fiso è 'l pensier , che alfin ne spiri
L' innocente Signor su dura croce :
Rimugge l' atrio di clamor : la stizza
Più s' avanza , e l' un l' altro incita e attizza.

LI.

L' Eumenidi tremende a schiera unite
D' atri Spirti leggier del bujo regno ,
Di Stigio tenebror rie proli escite ,
Lor s' aggirano intorno , ed alto impegno
Prendonsi ad istigar le voglie ardite ,
Quando ferve il furor , fiamma lo sdegno :
Abbacinano a' folli appien le menti ,
E lor rendono i cor vie più furenti.

LII.

Ecco la moglie del Pretor che ansante
E pavida ne vien , cui scena trista
S' è dischiusa in un sogno : espon davante
Che 'l Prigioniero d' oltraggiar desista ,
Chè gran pene minacci il Dio Tonante :
Questi (dice) è l' agnel venuto in vista ,
Accerchiato da cani , e che 'l battea
La turma di pastor che intorno avea.

Eum mox omnia ademptum
Pascuaque, et notis flebant cum saltibus agri.
At Pater altitonans manifesta percitus ira
Desuper autores caedis saevibat in ipsos:
Turbatum extemplo visum ruere undique coelum,
Et campos late, ac sylvas quatere horrida grando.

Tum subito audita ex alto vox acta per auras:
Parce Deo, Romane; hominum compesce furorem.
Credo equidem hunc (non te fallit) genus esse Deorum
Parce manus scelerare: pio, vir, parce cruori.
Ipsi haec Caelicolae placidi portenta refutent:
Judaeosque petant solos, generique minentur.

Talibus auditis, Solymos animo acrior urget
Romulides, certus vesano obstare furori.
Jamque minis agit, et dictis haud amplius arcet
Mollibus insanos, et non toleranda frementes:
Jamque videbatur demptis dimittere vinclis
Velle virum, et tantis se tandem solvere curis.

LIII.

Però, lui spento, il vicin pasco usato
Ne piagneva col campo e la foresta:
Ma il sommo Nume apertamente irato
La pena ratto incrudelia funesta
Su' perfidi uccisor. Nel Ciel turbato
Io vidi inferocir tale tempesta,
Che quel ne parve rovinar tra lampi;
E grandine piombò su' pingui campi.

LIV.

Poi dal sommo del Ciel tai sensi udii:
Salva un Nume, o Roman, frena il furore
Del popolo crudel. Da Eterni Dii
Costui verrà (lo sai), l'ho saldo in core.
Dunque lunge le man dal sangue, e sii
Benigno a perdonar. Noi cavin fuore
Dell'orrendo gastigo i Numi; e solo
Caggia agli abitator di questo suolo.

LV.

Tai detti intesi il Reggitor Romano,
La barbera genìa rampogna e scaccia,
Più fermo ad affrontar quel turbo insano:
Costante nel pensier, severo in faccia,
Ei risponde non più pacato e umano,
Ma innalza il tuon d'orribile minaccia;
Sì che sembra che Cristo allor discioglia,
Ch'esso di cura alfin esca e di doglia.

Sensit atrox Erebo umbrarum regnator in imo,
Aeternam servans memori sub pectore curam:
Ingemuit, vincique animo indignatus amaro est.
Protinus horriferum latebrosa ab sede timorem
Evocat atrum, ingens, et ineluctabile monstrum;
Tristior haud ulla est umbrosis pestis in oris
Scilicet, atque hominum egregiis magis aemula coeptis:
Frigus ei comes, et dejecto ignavia vultu.

Extemplo hanc superas torpentem ascendere ad auras
Imperat, intonsi qua molli vertice surgunt
Phoenicum montes, Solymorumque alta subire
Moenia, ut Ausonii flectat ducis aspera corda
Dejiciens, subigatque metu desistere coepto.

Jussa facit: sibi nigrantes accomodat alas
Nocturnarum avium; inque atros se colligit artus.
Jamque emensa viae tractus obscoena volucris,
Purpurei crebra ante oculos se Praesidis ecce
Fertque, refertque volans importuna:

LVI.

Ciò presente Satàn dal cupo Averno,
E freme al duol d' essere già sconfitto,
Poi che serba nel sen livore eterno.
Dalla cava d' orror dov' è confitto
A sè chiama il Timor, mostro d' Inferno
Il più immane, che l' uom dal cammin dritto
Fa sempre devïar: gli è 'l Gelo allato
E la Pigrizia il volto al suol chinato.

LVII.

Lui languente in torpor ben presto impera,
Che dall' atra lacuna a l'aure ascenda,
E ove innalza Sidon la sua frontiera
Di chiomiferi colli, ivi si renda;
E ch' indi entrato in la Cittade altera
Del popolo d' Isacco, ei tema orrenda
Al Preside n' ispiri, e tal che tosto
Svolga appieno il suo cor dal fin proposto.

LVIII.

Obbedisce; e d' uccel notturno il rostro,
Fosche piume s' adatta, ed ale al dorso:
Tal corpo infinge il paventevol mostro.
L' additato sentier di già trascorso,
Al Romano Pretor fulgente d' ostro
Ecco innanzi ne vien con ratto corso;
E importuno volando a lui dintorno,
Or s' invola a' suoi guardi, or fa ritorno.

sonansque
Nunc pectus, nunc ora nigris everberat alis;
Immisitque gelu, et praecordia frigore vinxit.
Diriguit visu subito, atque exalbuit ille;
Surrectaeque comae steterunt; gelidusque per ossa
Horror iit; genua aegra labant; vox faucibus haesit.

Quem simulac cives sensere insueta timentem,
Pallentemque genas, et toto corpore versum,
His subito arrepto clamantes tempore dictis
Aggressi: Iste ausus vulgo se fingere regem:
Aspirat sceptris, regisque affectat honores.

Quem si forte neci mavis subducere, nec te
Crimina tanta movent, Judaeas protinus urbes
Seditione potens Romanis legibus, omnemque
Artibus avertet Syriam ditione Quiritum.
Res igitur tibi si curae Romana, decusque
Caesaris, hanc superis pestem citus aufer ab oris,
Hauriat ut meritas haud uno crimine poenas,
Ne gentem repant contagia dira per omnem.

LIX.

Quando il petto gli sferza, e quando il volto,
Dimenando stridor con lurid' ale;
E gl' infonde il suo gel, sì che travolto,
Il Divino Prigion lui più non cale.
Già pallido si mira, e in su rivolto
Lo scompigliato crin: l' orror n' è tale,
Ch' entro l' ossa gli scorre, il piè vien meno,
Ed ha l' accento infra le fauci il freno.

LX.

Tosto che fansi le crud' alme accorte,
Che investa il Duce insolito timore,
Pingendo il viso quel pallor di morte,
Colto il punto che arride a lor favore,
L' assalgono, così clamando forte:
Ha questi osato d' affettar l' onore
D' un possente Sovran tra il vulgo ignaro;
A scettro aspira e a tale onor preclaro.

LXI.

Se salvo il vuoi, nè a' suoi delitti il peso
Unqua ne dai, distaccherà repente
Da Roma il turbator d' intrichi inteso
Sì di Giudea che di Soria la gente.
Ami dunque che fia l' onor difeso
Di Cesare e di Roma? immantinente
Sgombra tal peste pria che gli altri infetti;
S' abbia debita pena a' suoi difetti.

*

Talia perstabant uno omnes ore frementes.
Dux vero expertus genus intractabile, regis
Palluit ad nomen, (praecordia ad intima saevit
Subita pestis enim) nec jam superantibus obstat
Amplius, et sese victus, cedensque remittit,
Haud ultra potis insano pugnare furori.

Ceu cum rostratae sese opposuere triremi
Protinus adversi mediis in fluctibus Euri:
Luctatur primum celsa de puppe magister,
Hortaturque viros validis insurgère tonsis:
Demum ubi se niti contra intolerabile coelum
Incassum videt, ac ventos superare furentes,
Vertit iter quocumque vocat fortuna per aequor
Multivium, atque auris parens subremigat aeger.

Haud tamen abstinuit verbis, vocive pepercit:
Verum vincor (ait), nec habet ira vestra regressum:
In me nulla mora est: moriatur crimine falso
Damnatus: vos triste manet, speroque propinquum
Supplicium: vos sacrilego, serique nepotes
O miseri! meritas pendetis sanguine poenas.

LXII.

Fremendo tutti ripetean tal voce.
Visto a prova il Roman del popol rio
La durezza del cor malvagio e atroce,
Agghiacciossi per tema allor che udio
Cesare profferir: (già il sen gli coce
L' ispirato venen dal nero Dio)
Ecco che cede alfin, chè più non puote
Affrontare il furor ch' appien lo scote.

LXIII.

Come armato naviglio in mar, s' è presso
Da bufèra improvvisa: in pria si sforza
Al governo il nocchier, che più da presso
I suoi n' incita a remigar con forza;
Ma se poi scorge il suo vigore oppresso
Dal turbine feral che più s' inforza,
Tra irati flutti a la balìa del vento
Mesto affida la nave ad ogni evento.

LXIV.

Ei non tace però; sdegnosa e tetra
Voce estolle così: Da' cor tiranni
Vinto m' arrendo già, chè non s' arretra
Unqua il vostro furor. Muoja, si danni
L' innocente Prigion: ma a voi dall' Etra
Pioveran de' gastighi e gravi affanni;
Voi miseri co' figli il prezzo omai
Sconterete di Lui fra orrendi lai.

Sic effatus aquam plena jubet ocyus urna
Afferri, abstergensque manus, haec addidit ore:
Ut nunc his manibus maculae absunt, sic mihi nullum
Hac in caede nefas, meque omni crimine solvo.
Dixit, et exurgens solio intra tecta recessit.
Illi autem: Deus haec nobis, gnatisque reservet,
Instauretque graves poenas, quascunque meremur.

Haec dum porticibus populo spectante geruntur
Vestibulum ante ipsum, famuli ducis aedibus intus
Armati illudunt capto, irridentque silentem:
Quodque illum populi regem optavere per urbes,
Purpureis ornant tunicis, ostroque rubenti,
Atque altum effultum sublimi sede locarunt.

Pro capitis crinali auro, regumque corona,
Sentibus obnubunt flaventia tempora acutis;
Pro sceptro datur insigni fluvialis arundo.
Tum populo laeti portis bipatentibus omni
Ostendunt plausu magno, regemque salutant.

LXV.

E ciò dicendo fa recarsi l' onde ,
Se n' asterge le palme , e sì soggiunge :
Come da macchie le mie man son monde ,
Così la colpa dal mio cor n' è lunge
Per esto sangue che l' Eroe diffonde.
Indi s' alza dal soglio , e si disgiunge.
E quei : Venga su noi , su' nostri figli ;
E ci fera quel mal cui Dio s' appigli.

LXVI.

Mentre colà del popolo a la vista
Ciò alla soglia avvenia , la turma audace
De' servi in la magion beffando attrista
Il dolce Redentor che soffre e tace.
Come la gente di Giudea fu vista
Acclamarlo Sovran , così lei piace
Su d' un seggio allogarlo in alto sito ,
D' un vecchio manto porporin vestito.

LXVII.

Per diadema regal sul biondo crine ,
Non di gemme gli fissa una corona ,
Ma un tessuto di dumi e crude spine ;
Ed a scettro una canna in man gli dona.
Del Pretorio le porte aprendo infine ,
Con liete voci sommi applausi tuona ,
E a folta gente ne fa mostra allora
Dileggiando , e da Re l' inchina e onora.

Haud aliter ludo pueri cum ex omnibus unum
Delegere ducem, sociis qui sponte subactis
Imperiret: laeto cuncti stant agmine circum
Condensi, assurguntque omnes, regisque superbi
Jussa obeunt ludicra; ingens it ad aethera clamor.

Tali intus famuli indulgent, manus effera, ludo.
Dein juveni vestis obtentu lumina inumbrant,
Divinumque caput palmis, et arundine pulsant:
Hic digitis vellit concretam sanguine barbam,
Ille oculos in sydereos spuit improbus ore
Immundo, et pulchrum deformat pulvere corpus.

Nec mora, nec requies; versantque, agitantque ferentem
Omnia, nec verbis ullis indigna querentem:
Nec dare permittunt jam lumina fessa sopori.
O dolor! heu species inhonesta, indignaque visu!

LXVIII.

Tra' fanciulli così talor si vede
Un trastullo, allorquando un Rege eletto
In alto a tutti a comandar ne sede:
Anzi al trono regal con gran rispetto
Ed ilari ne stanno, e se quei chiede
Che s' esegua ben tosto un finto detto,
Pronti tutti a obbedire a lui fan mostra,
E fan di grida rimbombar la chiostra.

LXIX.

A simil gioco il barbaro drappello
Dentro l' alta magion prendea piacere.
Indi i lumi al Signor con panno il fello
Benda, e con mani e con la canna il fere
Sopra il capo Divin: gli pela or quello
Tra sangue il mento a tutto suo potere,
Or quest' altro crudel gli sputa in volto,
E a bruttarlo di polve è ancor rivolto.

LXX.

Non v' ha tregua per poco, e non v' ha posa;
Quinci e quindi si svolge ed urta e scote:
Fra tanto affanno e crudeltade ontosa
Cheto e silente Ei sta; le labbia immote
Infra gli oltraggi Ei tien; nè mai riposa
Lo stanco corpo, s' assonnar non pote.
Ahi l' acerbo dolor! sembianza trista,
Molto indegna a mirarsi, e non mai vista!

Non sylvis avibus frondes, non montibus antra
Quadrupedum generi desunt, ubi condere sese
In noctem, atque suos possint educere foetus:
At rerum Autori, coeli cui regia servit,
Omnibus in terris desit locus omnibus oris,
Quo caput acclinet, fessusque in morte quiescat.

Tum vero Solymi victores cuncta parare
Supplicia, atque omnes poenarum exquirere formas,
Perferat ut saevos crudeli morte dolores:
Jamque illum erecto properant distendere ligno
Affixum, et lenta paullatim perdere morte.
Nec mora, diffindunt malos: sonat acta securis,
Altaque quadrifidis fabricatur roboribus crux,
Tormenti genus.

Hac olim scelera impia reges
Urgebant poena, sontesque hac morte necabant;
Difficiles miserorum obitus, longique dolores.
Tum neque honos erat, infami neque gloria trunco:
At nunc numen habet; sanctum, et venerabile lignum
Suppliciter cuncti colimus, sacrisque minores
Argento, atque auro contectum imponimus aris,
Et laetum ex illo memores celebramus honorem.

LXXI.

Han le fronde gli augelli in le foreste,
E le belve ne' monti un cavo tetto,
U' ricovro di notte a lor s' appreste
De' dolci figli nel natio ricetto:
E Quei cui serve la magion celeste,
Quei che l' Orbe dischiuse a un sol suo detto
Non ha dove poggiar presso a morire
Il suo capo, e col sonno il duol lenire.

LXXII.

Satisfatto il feral Giudeo, prepara
Tutt' i supplizi allor, gli aspri tormenti,
Onde Cristo ne corra a morte amara:
Che s' affigga ad un legno, e pera a stenti,
Già già la foggia ne divisa e appara:
S' ode il bosco rombar pe' colpi ardenti
D' agitate bipenni, e già si mira
Formar la croce, alta, robusta e dira.

LXXIII.

Gli enormi falli a' prischi tempi i Regi
Solean punir con sì stentata guisa
D' acerba morte infra i più rei dispregi.
Era la croce inonorata e invisa:
Or s' ascrive dal Mondo a' divi fregi,
Come di Cristo principal divisa;
E sull' ara in argento e in òr foggiata
Fin d' allora dall' uom viene adorata.

Illa etiam coelo fulgebit lampadis instar
Aethereae, et totum lustrabit lumine mundum,
Cum dabit exitio una dies animalia cuncta,
Interitumque feret rebus mortalibus ignis.

Vix terris lux alma aderat, cum jam undique tota
Urbe ruit studio visendi accita juventus,
Implenturque viae, concursuque omnia fervent.
Et jam purpureos habitus, insignia ludicra
Exutum,

vinctumque manus clamore trahebant
Dirum ad supplicium magna sectante caterva:
Per medios longis raptatus funibus ibat,
Semianimisque, artusque tremens, plagisque cruentus
Nocturnis, humeroque trabem duplicem ipse gerebat,
Praecisis gravidam nodis, ac robore iniquo,
Qua super infando mortales linqueret auras
Supplicio, et duros finiret morte labores.

LXXIV.

Questa croce darà d' etereo lume
Sulla terra dal Ciel chiaror fiammante,
Come Sol che di raggi elice un fiume;
Quando apparendo un dì l' Uom-Dio Tonante
Da Arbitro universal, da irato Nume,
L' intero Mondo si vedrà spirante,
Tal che morrà l' umano germe tutto,
E 'l creato saranne arso e distrutto.

LXXV.

Non sì tosto la terra avea dipinta
Il novello fulgor dell' alma luce,
Che sul cammin la gioventù sospinta
Dal desio di veder folta s' adduce;
E della gente accolta a mucchi e avvinta
Già fervono i sentier. L' eccelso Duce
Nudato è già de la purpurea vesta,
Che di scherno gli fu divisa infesta.

LXXVI.

Infra spessi clamor le man ligato
Va al supplizio feral: gran turba è appresso.
Tremolo, semivivo e insanguinato
Pei flagelli onde fu pocanzi presso
Da' perfidi con funi Ei vien tirato:
Duro rovere a doppio indossa Ei stesso,
Grave ed irto ne' nodi, ù fian da morte
Tante fatiche e tante pene absorte.

Armati circumsistunt, clypeataque juxta
Agmina densantur, collucent spicula longe,
Spiculaque, et rubris capitum cava tegmina cristis,
Aereaque alterno conspirant cornua cantu:
Pars pedes insequitur, pars sese lucidus altis
Fert in equis: resonant colles clamore propinquo.

Multi autem, quorum melior sententia, flebant,
Praecipue matresque piae, mitesque puellae
Cernentes nudis pedibus per scrupea saxa
Tendere, et offendi crebro ad salebrosa viarum,
Dum monte adverso protrudit robur iniquum;
Ad quas suspirans Heros sic ore locutus:

Ne vero, ne me matres indigna ferentem
Flete piae: vobis potius deflete propinquum
Exitium, et vestris hinc debita praemia natis:
Sic fatus, linquit non aequis passibus urbem.

LXXVII.

Gli è dintorno uno stuol d' armata gente
Con lancia , e scudo , e splendido cimiero ,
Di rosso ornato , e di lontan fulgente.
La tromba alterna orrido squillo e fero :
Altri incede pedon , altri eminente
Sede guidando fervido destriero :
All' immenso fragor che si diffonde
Da ogni colle vicin l' eco risponde.

LXXVIII.

Da più donne però ch' ân mite il core
In sul cammino lagrimando stassi :
Piangon elle dolenti , il Redentore
Mirando a nudi piè su acuti sassi
In quell' aspro sentier con rio dolore
Urtar sovente , Ei che stentati passi
Tragge âl monte letal sotto la croce.
Cui ragiona così con mesta voce :

LXXIX.

Me non piagnete già , madri pietose ;
Nè vi caglia il mio duol , l' oltraggio indegno ,
Vedendomi soffrir pene angosciose.
Del mio Padre vi dolga or l' alto sdegno ,
Il gastigo vicin , ch' Ei già dispose
A' vostri figli in guiderdon ben degno.
Così ne dice , e vacillante e piano
Rivolge il piè da la Città lontano.

Interea Superûm Rex tanto in cardine rerum
Verticis aetherei sublimem evasit ad arcem,
Mortalis Nati letum ut crudele videret
Ipse sui spectator: eum gens incola coeli,
Aligeri stipant cuncti, et comitantur euntem.

Est templum gemmis interlucentibus auro
E solido factum sublimi in vertice olympi;
Tectum immane, ingens, superi penetrale Parentis,
Sydera despiciens subter labentia mundi.

In medio clivus duro ex adamante tumescit,
Paullatim exacuens instar fastigia pinus:
Multiplices circum sedes, subterque, supraque
Dispositae, gradibusque novem super aethera surgunt.
Conveniunt huc caelicolae, Regemque canendo,
Ingressi thiasis lustrant.

LXXX.

Il sommo Rege de' Superni intanto
Poggia a una rocca de l' eccelse sfere,
In sì trista occasion d' amaro pianto,
Ond' Ei medesmo spettator vedere
La strage del Figliuol dira cotanto:
Gl' incliti abitator, le alate schiere,
Della corte divina eterno pregio,
A Lui dintorno fan corona e fregio.

LXXXI.

Del più sublime Ciel su un arduo colle,
D' auro costrutto, splendido e vetusto
Un tempio impareggiabile s' estolle,
D' inteste gemme tralucenti onusto;
Fulgido albergo, alta magion che volle
Architettarsi il gran Fattore Augusto,
Donde gli astri, che libra e move, Ei vede
Tutti tutti rotar sotto al suo piede.

LXXXII.

Sorge in mezzo lassuso e si protende
Ampio e saldo edifizio adamantino,
Che a poco a poco s' assottiglia, e stende
La cima al par di torreggiante pino:
Ha più sedi dintorno, e ancor comprende
Nove giri, e ciascun fa insu gradino.
Entran quivi gli Alati, il Dio lodando,
E vanno a schiere intorno a Lui danzando.

Se sedibus inde
Omnes composuere suis, tumulumque corusci
Ter late circum terna cinxere corona,
Secreti ordinibus certis: neque enim omnibus aequa
Conditio, viresque pares, eademque potestas;
Verum, aliis alii ut praestant, ita rite locantur,
Munere quisque suo contenti, ac sorte beati.

In medio Pater omnipotens solio aureus alto
Sceptra tenet, lateque acie circum omnia lustrat
Totus collucens, totus circum igne corusco
Scintillans, radiisque procul vibrantibus ardens.
Mox autem infaustis Judaeae lumina tantum
Defixit terris, tristemque ante omnia collem
Spectabat.

Gens moesta simul spectabat olympi
Collem infelicem, sacram egredientibus urbem
Qui prior occurrit, humanis ossibus albus.
Autores scelerum poenas ibi morte luebant
Informi: circum pendebant corpora passim
Arboribus truncis incocto lurida tabo.

LXXXIII.

Indi allogasi ognun nel proprio scanno:
Raggianti tutti a quell' altezza in giro
Nove cerchi di sè distinti fanno;
Chè impari di poter son nell' Empiro,
Ed eguali neppur d' uffizio vanno:
Ma sendo d'altri altro più degno Spiro,
Hanno più bassa o più sublime sella,
Contenti appien di questa sorte o quella.

LXXXIV.

L' aureo scettro a la man, nel mezzo sede
Su eccelso trono il Genitor Possente;
Ogni spazio penètra, e 'l tutto vede,
E splende ovunque di fulgor lucente,
Tal che da lunge il raggiar suo ne fiede.
Or affigge però l' alto-veggente
Guardo solo a la misera Giudea,
U' fia la strage dispietata e rea.

LXXXV.

Il Golgota feral l' Alata Corte
Rimira ancor tutta attristata e mesta,
Bianco d' ossame uman, che fuor le porte
Della sacra Cittade il primo resta.
Pagava il reo colà con dura morte
Gli enormi falli di sua vita infesta:
Passo passo pendean dall' atre piante
Pallide membra, putrefatte e infrante.

*

Huc simul atque emensus iter miserabilis Heros
Pervenit, sensitque sibi crudele parari
Supplicium, atque trabem vidit jam stare nefandam,
Dejectos oculos porro huc jactabat, et illuc
Omnia collustrans, comitum si forte suorum,
Si quem forte acies inimicas cerneret inter.
Fidum in conspectu nullum:

videt agmina tantum
Saeva virum; campique armis fulgentibus ardent:
Cari deseruere omnes diversa petentes.
Non aliter quam cum coelo seu tactus ab alto
Pastor, sive ferae insidiis in valle peremptus,
Continuo sparguntur oves diversa per arva
Incustoditae; resonant balatibus agri.

Jamque trabem infandam scandens, pendensque per auras
Horruit, atque Deum veluti se oblitus, acerbi
Pertimuit dirum leti genus, aestuat intus,
Atque animum in curas labefactum dividit acres,
Tristia multa agitans animo;

LXXXVI.

Ma quando già defatigato il Divo,
Scorso l'erto sentier, là giunge, e mira
L'apparato letal, tanto afflittivo,
D'una perfida morte, infame e dira,
Fitto il legno che 'l mondo avea sì a schivo;
Quinci e quindi i suoi rai dimessi gira,
Onde trovar fra le nemiche schiere
Un compagno, e niun puot' Ei vedere.

LXXXVII.

Ahi! d'uomini crudel le turme e 'l piano
Di tant' armi fiammar sol vede allora.
Il suo fido drappel n' era lontano,
Chè già l'abbandonò: come talora,
Se da belva il pastor fia messo a brano,
O da fulmine tocco in valle mora;
Erra senza di lui qua e là la greggia,
E di tristi belati il campo echeggia.

LXXXVIII.

Mentre lasso ne sale in su la croce,
Ahi duol! nel mezzo il Redentor sorprende
Sommo orror che s'attacca al sen veloce;
E, qual Nume non fia, timido il rende,
Sì che pave di morte il modo atroce.
Nell' interno s'attrista; e in cure orrende
Parte il turbato cor, volvendo in petto
Dolenti cose di suo caro affetto.

totosque per artus
Pallentes mixto fluit ater sanguine sudor;
Et patriam crebro reminiscitur aetheris aulam.
Tum coelum aspectans haec imo pectore fatur:
Heu! quia nam extremis Genitor me summe periclis
Deseris? aut gnati quo nam tibi cura recessit?

Audiit has summus voces Pater, audiit omnis
Caelestum chorus: ipse (alta secum omnia mente
Versabat Genitor, nutu haud oblitus agi rem
Nempe suo) stetit immotus, seseque repressit:
At circumfusos coetus, gentem aetheris alti
Aligeram, injussos potis est vis sistere nulla;
Omnibus exarsit subito dolor, omnibus ingens
Aestuat ira.

Volunt Nato succurrere herili,
Et prohibere nefas, duroque resistere ferro.
Bella cient; arma ingeminant, arma acrius omnes.
Hic puer haud volucri extremus de gente recurvo
Acre vocare acies, quo non magis utilis alter,
Ascensu superat celeri ardua culmina praepes:
Tum super axe sedens, roseique in vertice coeli
Signa canit belli: latus dissultat olympus
Undique, et insolito tremuerunt sydera motu.

LXXXIX.

Le flave membra per amara doglia
  Tutte asperge un sudor col sangue misto :
  Sovente gli sovvien dell' alta soglia.
  Poscia mirando il Ciel languente e tristo ,
  Dal profondo del cor così s' addoglia :
  Eterno Genitor , n' ha sì provvisto
  La tua Mente e l' Amor del dolce Figlio ?
  Ahi ! m' abbandoni nel fatal periglio ?

XC.

L' Eccelso udì cotesti sensi , e tutto
  L' alto Ceto gli udì. Quei , che volvea
  Nell' alma Mente , seco stesso istrutto ,
  Il suo voler che tali cose fea ,
  Tenne fiso lo sguardo in tanto lutto :
  Ma qual forza frenar unqua potea
  L' alate schiere allor , tutte comprese
  D' eccessivo dolore , e d' ira accese ?

XCI.

Del celeste lor Rege al Figlio aita
  Porger vonno , e vietar l' atro misfatto :
  Grida all' arme ciascuno , e all' arme incita.
  Infra tanti un Garzon più lieve e adatto
  Già la vetta più eccelsa ascende , e invita
  Colla tromba alla guerra i soci a un tratto :
  Poi poggiando sull' asse intima il segno ;
  E tutto trema lo stellato regno.

Audiit et sonitum, si quem procul orbe remoto
Distinet incedens humili luna humida gressu:
Audivere, quibus generis custodia nostri
In terris olim sorti data; vastaque tellus
Protinus ingenti tremuit concussa fragore:
Tum quos Rex Superûm varias legarat in oras,
Aereos relegunt tractus, mandataque linquunt
Imperfecta, fugaque poli super ardua tendunt.

Ac veluti in pastus celsa quae sede columbae
Exierant varios, cum tempestate repente
Urgenti caeco misceri murmure coelum
Incipit, et nigrae cinxerunt aethera nubes;
Continuo linquunt arva undique, et ardua pennis
Tecta petunt, celeresque cavis se turribus abdunt.

Jam passim ingentis properatur vertice olympi,
Et toto ancipitis ferri coelo ingruit horror;
Aeratique sonant currus, gemitusque rotarum
Audiri, sonitusque armorum desuper ingens.
Tam vastos motus axis miratur uterque,
Miranturque ignes, coelique volubilis orbes.

XCII.

Il tremendo squillar colui ne sente
Che al suo cerchio lontan la luna inserra;
L'ode ogni Spirto che tuttor presente
Veglia l'uomo quaggiuso; e ancor la terra
Si riscote al rimbombo e si risente:
Onde lascia l'incarco al suon di guerra
Chi spiccato l'Eterno avea dal Polo,
Per l'aëreo sentier tornando a volo.

XCIII.

A' colombi così nel pasco arriva,
Esciti fuor de l'alto lor soggiorno:
Se bufèra n'insorga intempestiva,
E già cominci a imperversar d'intorno,
Abbandonando il colle, il pian, la riva,
Si vedono eseguir pronto ritorno;
Drizzan rapido volo a' colmi, a' tetti
E a cave torri, lor natii ricetti.

XCIV.

Ove d'incerta guerra orror ne scote
Tutto intorno, colà celere vassi:
Già de' ferrati carri e de le rote
Rombo s'ode e stridor che orrendo fassi;
E d'armi immane suon l'aure percote.
Movimenti sì gravi i gemin' assi
Ammirano e le stelle, e pur gli ammira
Ogni spera volubile che gira

Cum tenues animae, cum sint sine corpore vitae,
Sensibus a nostris quibus est natura remota;
Saepe autem, seu mortales mittuntur ad oras,
Sive opus in fratres olim capere arma rebelles,
Corporis affícti sibi quisque accomodat alas,
Aereosque artus, simulacrumque aptat habendo,
Spiritus ut queat humanos admittere visus.

Ergo illi rapido circumdant turbine densa
Corpora sub nostros etiam venientia sensus;
Circumdantque humeris desueta micantibus arma,
Aetheris aerisono subito de poste defixa,
Caelicolûm exuvias, belli monimenta nefandi,
Quod socios olim contra gessere furentes.

Hic bonus armatur jaculis, hastamque trabalem
Crispat agens; rapit ille faces; rapit ille sagittas,
Suspenditque humeris lunatum ardentibus arcum;
Atque alius palmas insertat caestibus ambas;
Pars tereti funda dextram implicat: omnibus ensis
Aureus in morem vagina pendet eburna.

XCV.

Questo Ceto leggier, sebbene scarco
E di corpo e di senso uman, se occorre
Che si mostri quaggiù per divo incarco,
O se fia d'uopo di ben presto torre,
Come già avvenne, le saette e l'arco,
Cacciando i felli da l'eterea torre,
Finge i corpi e le membra, e prende l'ali,
Sì che appaia l'immagine a' mortali.

XCVI.

Dunque d'un corpo allor ciascun si veste,
Ed a' sensi dell' uom soggetto il rende:
Poi l'arme usate un dì, tanto moleste,
Dalle porte del Ciel rapido prende,
E 'l proprio dorso fulgido riveste;
Memorie antiche già, spoglie tremende
Di fraterna tenzon ch' aspra si feo
Contra il furente stuol, protervo e reo.

XCVII.

Di poderosa lancia e daga armato
Questi fa paventar; quegli la face
Abbranca; e quegli ha dardi e insiem lunato
Arco sul dorso di fulgor vivace;
Tien altri il cesto a la sua man legato;
E frombe ad altri rotear ne piace:
Cingon tutti la spada ad uso loro
Con guaina d'avolio ed elsa d'oro.

Infrenant alii coeli per caerula currus :
Caetera pars pictis librare celerrima pennis
Corpora : non eadem vis omnibus ipsa volandi :
Mobilitate vigent varia : pars remigat alis
Binis alternante humero :

pars ordine ad auras
Tollunt se triplici, pennatis undique plantis.
Haud unam in faciem sed, nec color omnibus idem ;
Namque hos punicea cernas effulgere pluma
Flammipedes, igni assimiles rutilantia terga ;

Herbarum hos speciem, viridesque referre smaragdos,
Terga illis croceo lucent circumlita luto.
Centum aliis alii pinxere coloribus alas :
Qualis ubi exactos post aestus arbore ab omni
Exornat pomis se versicoloribus annus,
Et caput Autumnus circumfert pulcher honestum.

XCVIII.

Altri il Cielo scorrendo i carri affrena:
Sull' ale il resto più spedito e lieve
Libra il corporeo vel che infinto mena.
Non a tutti imputar però si deve
La stessa agilità, pari la lena;
Parte è rapida al volo, e parte greve.
Alternan certi a remigar nel corso
Sul liquido sentier dupl' ala al dorso.

XCIX.

In triplice ordinanza i vanni avvinti
Altri portano, ond' è che 'l volo è retto;
E di piume i lor piè son anco cinti.
Un medesmo color, lo stesso aspetto
Non han tutti; ma son vario-dipinti.
Vedi all' ale ed a' piè con tuo diletto
Quegli fiammar per rosseggianti piume,
E 'l suo dorso raggiar d' aurato lume.

C.

Di lampo smeraldin, di fresca erbetta
Par questi verdeggiar: le terga pinse
Il croco altrui di vaga tinta eletta;
A molti i vanni infin screzi dipinse
Un cangiante color d' Iri che alletta:
Siccome la stagion ch' està respinse
Tutta abbellirsi suol l' ornata testa,
Cui le frutta mature al verde innesta.

Et jam pennipotens liquidis exercitus ibat
Tractibus, ac volucri cingebant agmine coelum:
Millia quot nunquam nascentum ab origine rerum
Visa hominum in terris cojisse. Ter agmina terna;
Terque duces terni toto dux vertice supra est,
Nuper Japygii Gargani e vertice vectus
Armipotens,

veteris quem quondam gloria pugnae
Sublimem, longeque alios super extulit omnes.
In medio ibat ovans, galea, cristisque superbis
Aureus, et longe gemmis lucentibus ardens:
Nunc etiam spolia edomiti, fulvamque draconis
Pellem ostentabat spiris ingentibus, ipsumque
Innixus tergo pedibusque, hastaque premebat:
Arma procul radiant; umbo vomit aureus ignes;
Stellantique procul micat ensis jaspide fulgens.

Ventum erat ad coeli portas: hic omnibus irae
Incaluere magis, belli ut monimenta prioris
Sunt oculis oblata; vident nam turribus altis
Pendentes currus, suspensaque postibus aera,
Spiculaque, et clypeos, victis de fratribus arma,
Olim immane nefas coelo crudeliter orsis;

CI.

Per l'aëreo sentier già si movea
La gran truppa d'Alati, e con le penne
Un nebuloso ingombro in Ciel facea:
Tanto esercito al mondo unqua non venne.
Eran nove le schiere, e ognuna avea
Il suo duce: il primier posto ne tenne
L'Arcangelo Michel da l'alte posse,
Che dal sacro Gargan tra' suoi recosse.

CII.

Gli feo l'antico agon sublime onore,
E su' primi l'estolse. Ei gia festante
Nel mezzo, in elmo d'òr d'alto fulgore
Per le gioje e le piume: a lui davante
L'infernale Dragon facea terrore,
Benchè presso da lancia, e da sue piante:
Armi e scudo splendean; baglior partiva
Dalla spada che all'òr le gemme univa.

CIII.

S'era a le porte de' celesti regni,
E agli Spirti il furor s'accrebbe e l'ira,
Quando mirâr su l'alme torri i segni
D'ostinata tenzon, tremenda e dira,
Che pendon là quai trïonfanti pegni:
Di carri un mucchio penzolon si mira,
D'ogni scudo e di stral, che son di felle
Angeliche coorti arme rubelle.

Dum frustra aspirant sceptris felicis olympi
Immemores , victique animis , et vana tumentes ;
Quos ipsi contra steterant meliora secuti ,
Aethereque expulerant certamine debellatos.

Quam pugnam in foribus quondam caelarat ahenis
Artificum manus , atque operoso impresserat auro.
Cernere erat liquidas coeli pendere per auras
Hinc acies , atque hinc acies certamen adortas ,
Nunc huc , nunc illuc ultro , citroque volare ,
Aetheraque in medio venientibus obscurari
Missilibus :

jam jam certari cominus armis ,
Miscerique acies ; et jam queis spicula deerant ,
Crinibus implicuere manus hostilibus uncas ,
Suspensosque comis circum per inane rotabant.
Jamque hos paullatim concedere , desuper illos
Urgere aspicias , donec toto aethere versi ,
Palantesque fugae simul hostes terga dedere :

CIV.

Arme rubelle allor ch' alto delitto
Osarono tentar quell' empie schiere,
Agognando il poter ch' à Dio di dritto,
Dimentiche di sè, d' orgoglio altere:
Ma questi che calcaro il cammin ritto,
Lor s' opposero forte in su le sfere,
E con le spade e co' fulminei teli
In una zuffa le cacciâr da' Cieli.

CV.

Da esperta man vedevasi scolpito
Il conflitto feral con vive impronte
Nell' auree porte. Su l' etereo lito
Era in esse il veder le squadre a fronte
Librate cominciar l' agone ardito;
Poi quinci e quindi volitar ben pronte;
E l' aria ancor fra questa e quella squadra
Farsi pe' teli tenebrosa ed adra.

CVI.

Già già coll' armi affrontansi vicine:
Già stringonsi tra loro; e quei, ch' è privo
Di frecce a saettar, prende pel crine
Il vicino nemico, e sì cattivo
Aggiralo nel van. Cadono alfine
A poco a poco per l' aëreo clivo:
S' incalzano da su, finchè ne sono
Tutti fuori del Ciel, lunge dal Trono.

Praecipiti assimiles nimbo, atque procacibus austris;
Nam Pater omnipotens armatus fulmine dextram
Deturbabat, agens flammisque sequacibus, arce
Syderea: excussos Erebi domus atra recepit.

Pugnae igitur Superi admoniti, veterisque trophaei,
Aetheris ardebant fractis erumpere portis:
Jamque adeo evassent omnes, terrisque potiti
Sontem incendissent oram, jamque urbibus igni
Correptis, Judaea nocens, commissa luisses:

Ni Pater altitonas stellanti nixus olympo
(Motus enim tanto subito flagrante tumultu)
Coepta redargueret, verbisque inhiberet acerbis
Bellum importunum, cunctis haud mollia mandans.
Nam circumspiciens sibi centum astare ministros,
Virgineas volucrum humana sub imagine formas,
Hinc, atque hinc videt, et nutum observare paratas;
Quarum quae placido mitis Clementia vultu est,
Eligitur numero ex omni, cui talia mandat:

CVII.

Sparti costor, davante a Dio sì vili,
Danno i dorsi a la fuga, e fansi all' Ostro,
A un turbine improvviso appien simili:
Poi che avendo l' Eccelso in man dimostro
Il fulmine, cacciava i felli e ostili
Armati Spirti dal raggiante chiostro;
E da foco inseguir gli fea (ch' è eterno)
Fin all' atra magion del cupo Averno.

CVIII.

Adunque allor le fide squadre accorte
Della tenzone e del trïonfo antico,
Fremean d' escir, dischiuse al Ciel le porte.
Foran celeri scese in sul nemico
Empio lito, ove più cittadi absorte
Avria la fiamma in quel letale intrico;
E pagavi così, cruda Giudea,
La degna pena di nequizia rea:

CIX.

Se dall' alto suo trono il Dio possente,
Scosso al romor, non raffrenava il vano
Inopportuno ardir; l' agone ardente
Con acerbo parlar non fea lontano.
Cento Vergini alate a' cenni intente
Mirandosi dintorno in volto umano,
Colei n' elegge che Clemenza è detta
Al mite viso, e con tal dir l' affretta:

*

Vade, ait, et volucri per coelum labere curru;
Fratribus haec fer dicta tuis: non aetheris illis,
Non illis vasti commissas orbis habenas,
Ut ferro injussas meditantes edere pugnas
Omne ausint miscere meo sine numine coelum,
Terramque, et tantos animis accendere motus:
Considant, positisque adsint huc ocyus armis.

Dixerat: illa viam raptim secat alite curru,
Et Patris ingentes passim denunciat iras,
Ni redeant, positisque quiescant protinus armis:
Addunt se comites pietas, paxque aurea; it una
Spesque, Fidesque, piique parens placidissima amoris:
Omnibus in manibus rami canentis olivae.

Quaque egere viam, videas procul ilicet arma
Projicere, et studiis cunctos mitescere versis.
Jamque in conspectu positis exercitus armis
Regis adest dicto parentes: sede locarunt
Ordine sese, quisque sua, pariterque quierunt.
Hic tum nimbipotens Genitor circumtulit ora
Ter torquens illustre caput, ter cardine moto
Terribilem increpuit sonitum: dein farier infit:

CX.

Corri in cocchio, via su, nel campo armato:
Va al fraterno tuo stuol rapida a dire;
Che del Mondo non unqua il fren gli è dato,
Sì che guerra movendo a suo desire,
Fia l'ima terra e 'l sommo Ciel turbato
Senza mio cenno; nè destar tant' ire.
Tutti acchetinsi omai; non fian molesti;
E mi vengano innanzi inermi e presti.

CXI.

Dice; ed ella veloce a lor ne viene
Lo sdegno a palesar del Genitore,
Se non escan d' impegno; e socie amene
Le son Pace e Pietà: van l' altre suore
Seco ancor, l' alma Fe, la salda Spene,
E la benigna Carità, d' Amore
Bella madre pietosa: il mite olivo
Tutte portano in man, ch' à guerra a schivo.

CXII.

Già cangiano pensier gli Spirti ratto,
L' arme lungo il cammin tutti lasciando:
Già disarmato ognun si cheta a un tratto,
E stassi innanzi al Regnator Mirando,
Ov' è lo stallo al proprio Coro adatto.
Ei tre fiate d' intorno i rai girando,
Tante il Ciel si riscote e dà gran suono:
Di sua voce così poi s' ode il tuono:

Quae, Superi, vetitum contra haec insania ferri?
Quo ruitis? quiane auxilio subsistere nostro
Non queat ille, meae aut sint fractae denique vires?
Ne saevite animis, atque hanc deponite curam,
Quandoquidem haud fert haec nostro sine numine Natus;
Scitis enim, ut moriens crimen commune refellat.

Sic generi humano clausum stat pandere olympum:
Illum ideo duros volui exercere labores,
Atque agere in terris extrema per omnia vitam,
Finibus exactum cunctis, inopem, omnium egentem.
Jamque ad supremum ventum; manet exitus illum
Hic odie gravis insontem, irrevocabile letum;
Et morti caput ipse sua sponte obvius offert.

Nunc autem subito visu horruit, et timor illi
Confusam eripuit leti ipso in limine mentem:
Quippe Deum velut exutus, mortalis, inermis
Restitit, et telis mansit violabile corpus.
Nil aliter vis divinos valuisset in artus
Ulla hominum, et cunctis foret impenetrabilis armis.

CXIII.

Qual bellico furor, fido mio Ceto,
Spirti del Ciel, tanto vi prese e incita?
Ove scorreste contra il mio divieto?
Ei salvar non potria da sè sua vita,
O fia spento il poter ch'emmi sì vieto?
Deh! fugate il pensier d'un'opra ardita:
Tanto il Figlio sostien per mio volere;
E la macchia a lavar (v'è noto) Ei pere.

CXIV.

Non si schiude l'Empiro all'uman seme
In altra guisa: tal decreto ho scritto
Ch'aspri affanni sostenti e oltraggi insieme,
Esule ovunque, bisognoso e afflitto.
Giunto è'l tempo; e del dì nell'ore estreme
Lo scempio sol rimane a Lui prescritto
D'un acerbo morir, cui l'Innocente
Va incontro il capo ad offerir volente.

CXV.

Ma gl'incute terror cotanto aspetto;
Pave di morte al limitar funesto:
Chè fassi inerme ed al morir soggetto,
Quasi che privo del Divin. Del resto
Nulla offesa potria sull'almo petto
L'empia mano recar dell'uom molesto,
Nulla forza varrebbe in Lui, nè allora
All'arme tutte penetrabil fora.

Non adeo vires, non parva potentia nostra est,
Ut nequeam, si versa retro sententia, Natum
Eripere in medio versantem turbine leti:
Contra illum insurgant omnes, ab origine rerum
Quidquid ubique hominum natum, extinctumque per ae-
(vum.

Non ita me experta est Babylon, ubi ad astra gigantes
Tentavere vias, educta turre sub auras;
Et poterant magnos manibus divellere montes:
Nunc etiam fumant praefractae fulmine turres.
Ut nimborum acies, tempestatumque quiescant,
Quae vastum rapiant convulsum a cardine mundum,
Ipse manu terras quaterem, coelum omne cierem,
Diluvio cuncta involvens.

Me me ignibus atris
Nunc nunc accinctum, teloque tricuspide dextram
Armatum mortale genus saevire videret;
Hunc difflare globum, haec passim metere agmina ferro.
At sinite; adveniet (neque enim mora longior) urbi
Tempus ei, frustra hunc cum magno optaverit emptum
Haud tetigisse, genus cui dicitur aethere ab alto.

CXVI.

Tanto non cesse l'alto mio potere,
Tanto non unqua la virtù partissi
E l'eterno valor, ch'ove il pensiere
Mi prenda a rivocar quanto prescrissi,
Non m'avvenga salvar dá orrende e fere
Pene il Figlio cui 'membri or tiene infissi,
Ancor che contra Lui sorga più duro
Il popolo vivente, e quanti furo.

CXVII.

Non provommi così chi alzò Babelle:
Ben si potean su l'alta mole eretta
Svelti monti innalzare inver le stelle.
Or fuma il foco ancor di mia vendetta.
Benchè sian chete già l'atre procelle,
Onde l'Orbe in un dì suo fin n'aspetta,
Pur la terra ed il Ciel la destra mia
Tra elati flutti sobissar potria.

CXVIII.

Tutto armato di folgore la mano,
Me in mezzo a vampe, di giust'ira ardente,
E pieno di furor, quel germe umano
Vedria col globo dissipar la gente.
Tempo verrà, nè lunge fia, che invano
La perfida Città, cieca e furente
Pentirassi d'aver tocco Colui,
Che a gran prezzo laggiù scese da Nui.

Sic ait ; et moto tremefecit vertice mundum ,
Terrifico quatiens tonitru caelestia templa.
Continuo Superûm furor acer , et ira quievit :
Prosequitur tantum votis chorus omnis amicis ;
Atque Deum e summo taciti miserantur olympo.

Sicut ubi inclusi septis vacuo aequore campi ,
Pro laude , ac decore accensi certamina miscent
Inter se aequatis juvenes duo cominus armis :
Hinc spectat procul , atque hinc circumfusa juventus :

Tum si forte alter minus , ac minus utilis , ore
Palluit , aut terra cecidit deceptus iniqua ;
Consurgunt fidi aequales , studiisque sequuntur ,
Quam vellent , nisi pacta vetent , succurrere amico :
Stant aegri , et casum longe execrantur acerbum.

CXIX.

Così parla l' Immenso ; e 'l Ciel percosso ,
L' universo si move , e al tuon tremendo
Il tempio ancor celestïal n' è scosso.
Calma repente allor lo sdegno órrendo
Ogni Coro d' Alati ond' era mosso ;
E , caldi voti in muto cor facendo ,
Dall' Empiro riguarda il Divin Figlio
Fra tanta pieta con dolente ciglio.

CXX.

Siccome allor ch' in lo steccato stassi
Di voto campo a rimirar l' evento
D' accanita tenzon , che quivi fassi
Da due giovani accesi in tal cimento
Per vanto e per onor d' eguali passi :
La turba intorno al chiuso campo intento
Tiene il guardo da lunge a quel conflitto ,
Sospesa in cor chi fia tra loro invitto :

CXXI.

Se forse un d' essi men robusto o adatto
Sull' infido terren caggia , o smarrita
Porti l' alma al timor ; si rizzan ratto
I fidi soci , col desio di vita
Lui tengon dietro , e se il volesse il patto ,
Tutti pronti vorrian prestargli aita :
Ma stan da lungi lor malgrado intanto
L' acerbo caso ad esecrar col pianto.

Haud secus indefensus, inermis restitit Heros.
Illum nudum humeros, nudum omne a vertice corpus,
Directum longo malo applicuere furentes:
Nuda dehinc tendunt transverso brachia ligno,
Diversaque ambas affigunt cuspide palmas
Hinc, atque hinc: mucrone pedes terebrantur eodem
Confixi.

Largum manat de stipite flumen.
Instant vi multa: ferro ardua robora adacto
Dant gemitum: reboat diro stridore supinus
Mons circum ingeminans, ictusque resultat imago.
Tum supra caput et nomen, patriamque, necisque
Inscripsere notis variis in stipite causam.

Dextra autem, laevaque duos gemina arbore fixos
Addiderant socios, quos ob commissa merentes
Leges supplicium ad justum, poenamque vocabant.
Verum ipsum amborum in medio longe altius arbos
Extulerat, veluti scelerum exhortator, et autor,
Aut furtis foret ante alios immanior omnes.

CXXII.

In simil guisa il Redentor si resta
Tutto sol, senza ajuto ed indifeso.
Nudo gli omeri e 'l petto, e da la testa
Fino a' piè denudato Ei vien disteso
Sul ritto legno de la croce infesta :
Ivi ogni braccio per traverso steso,
Chiovi in ambe le man gli son confitti,
E' santi piè da un chiodo sol trafitti.

CXXIII.

Scorre il sangue sul tronco in largo flutto.
Battesi il chiodo, ed un gemir si sente
Del legno ch' ave il ricalcar produtto;
Mugghia il colle ch' è sotto; e 'l colpo ardente
Addoppia l' eco da liev' aura addutto.
La patria, il nome, e del morir patente
Fa la cagion l' epigrafe concisa
Della croce letal nel sommo incisa.

CXXIV.

Per compagni d' onor gli dan due rei
Nel doppio lato a pari legno affisi,
Che in tal foggia volean gli editti Ebrei
Pe' lor gran falli giustamente ancisi :
Ma dimostra di Lui maggior trofei
Più eccelsa trave infra' ladron derisi,
Qual empio consiglier d' eccessi e autore,
E de' ladri primier ladro peggiore.

Infelix Solyma, infelix Judaea propago,
Ultro infesta piis, non ipsis vatibus aequa,
Haec digna hospitia, has sedesque, torosque parasti
Caelicolum regi? hos socios, hunc addis honorem,
Qui mortale genus propter delapsus olympo
Sponte sub humana lustravit imagine terras?

Hic genus ipse tuum Phariis eduxit ab oris,
Et pedibus salsas transire impune per undas
Marmoreum tibi stravit iter, pontumque diremit.
Idem etiam te caelesti dape pavit euntem
Per deserta tuos miseratus vasta labores.

Hujus ope hausisti dulcem de caute liquorem,
Cum procul et fontes, et liquida flumina abessent.
Hic te posthabitis aliis longe omnibus unam
Gentibus elegit, meritis quam ad sydera ferret,
Muneribusque suis sublimi aequaret olympo.
Promeritum his cumulas donis? haec digna rependis?

CXXV.

Oh Solima crudel! genìa ferale,
Indocile a' Profeti e infensa a' Giusti!
Questa pur fia l'alta magion regale,
Questo il letto o sedil che lieta aggiusti
Al Sovrano del Cielo, all'Immortale?
Tai soci aggiugni e tali onori augusti
A Lui che a pro dell'uom quaggiù n'accorse,
E in sembianza mortal la terra scorse?

CXXVI.

Questi è Colui, che da l'Egizio lito
I tuoi maggior ritrasse; e'l mar fendendo,
Tra due liquide moli un calle ardito,
Ma securo n'aprì, da lor facendo
Le sals'onde varcar con piè spedito.
Questi è Colui, che ancor pietate avendo
Pe' tuoi disagi in ermo loco agreste,
A cibarti versò manna celeste.

CXXVII.

Dolce e limpido umor cavò tal Nume
D'arido sasso, e tu bevesti ancora
Ove appien ti mancò la fonte e'l fiume.
Te sola Ei scelse, sì ch'egual ti fora
Co' Celesti il goder l'Empireo lume,
Tutte posposte l'altre genti allora.
E compensi così gli alti suoi doni,
E questo degno guiderdon gli apponi?

Non vatum voces, non te miracula rerum
Ulla movent, aut non praesentia numina sentis?
Cui unquam scelerum autori tam dira parasti
Supplicia? aut usquam quis tam crudeliter hosti
Acceptus tales luit alter corpore poenas?

Jamque trabi applicitus tergo alte haerebat: in illum
Versi omnes observabant, quae funere in ipso
Signa daret, quae spes, aut quae fiducia victo:
Ille autem tacitus jamdudum cuncta ferebat,
Immotusque.

Decor roseo nondum omnis ab ore
Cessit: adhuc oculis divinum est cernere honorem.
Tantum respersusque genas, pallentiaque ora
Humectat cruor, et mixto cum pulvere sudor
Plurimus, infectique rubent in sanguine dentes.

CXXVIII.

Non ti scoton di Lui l' eccelse gesta ,
E de' Vati nemmen la crebra voce ?
Non vedi il Nume ch' a' tuoi rai s' appresta ?
Scellerato non evvi , anche il più atroce ,
Cui facesti soffrir pena sì infesta.
Qual uom trovossi in campo ostil feroce ,
Che tanto intenso mal , tai pene stesse
Al suo nemico tollerar facesse ?

CXXIX.

Già confitte le mani e' piedi , il dorso
Alto poggiava su l' infame legno.
Eran intenti in Lui del vulgo accorso
Cent' occhi e cento , a riguardar qual segno
Ei porgesse morendo , e se un soccorso
Pur gli venisse dal celeste regno :
Ma silente tuttor , costante e forte
Ei soffriva il martir d' acerba morte.

CXXX.

La venustate non ancor dal volto
Era svanita , e l' almo onor Divino
Traluceva , non anco al ciglio tolto
In quella angoscia d' un morir vicino :
Solo le guance ha scolorite , e avvolto
In un rivo di sangue , al suol dechino ,
E di polve e sudor cosperso il viso ;
E di sangue rosseggia il dente intriso.

Qualis, qui modo caerulea perfusus in unda
Lucifer astrifero radios spargebat olympo:
Si mundi species violetur clara sereni,
Et subita incipiat coelum pallescere nube,
Nondum omne occuluit jubar, obtusaque nitescit
Pulcher adhuc facie, et nimbo tralucet in atro.

Interea Matris, quam magnam nuper ad urbem
Traxerat incertus rumor, certissimus aures
Nuntius implevit Natum extra moenia duci,
Ad mortemque rapi captum, insidiisque subactum:
Palluit infelix, mediisque in vocibus artus
Diriguit.

Licet haec Patris sciat omnia certo
Consilio fieri, atque ipsius numine Nati;
Altius ingenti tamen exuperante dolore
Cuncta oblita ruit: resonant plangoribus aedes
Foemineis.

CXXXI.

I suoi raggi così vibrar si vede,
E su l'onde del mar l'astro riluce
Che innanzi al Sole in sul mattin n'incede:
Quando repente ad appannar s'induce
Il suo viso una nube, appien non cede
Il bello onor de la fulgente luce;
Benchè languente, tuttor vago in Cielo
Traspare in sen d'ottenebrato velo.

CXXXII.

La Madre intanto, che la fama incerta
Col primo susurrar pocanzi trasse
Nell'altera Città, si fa più certa
Da un fido messaggier, che 'l Figlio stasse
Alla morte vicin, traendo all'erta
Le sante membra lacerate e lasse,
Già cattivo per dolo: in quel momento
Sviene, e si tronca il lamentoso accento.

CXXXIII.

Sebben tai cose Ella avvenir sapesse
Sì per saldo voler del Genitore,
Come di Lui che in Madre sua l'elesse;
Pur sopraffatta da crudel dolore,
Immemore di ciò che Dio l'espresse,
A un tratto sente lacerarsi il core:
D'orrendi lai di suo materno affetto,
Di femineo clamor risuona il tetto.

*

Frustra lacrymantem et acerba gementem
Solantur fidae comites. Jamque illa per urbem
Atque huc, atque illuc errat, tristemque requirit
Indefessa locum; nunc hic, nunc haesitat illic,
Vestigans oculis, atque auribus omnia captans,
Sicubi concursum, voces aut hauriat ullas.

At veluti pastu rediens ubi vespere cerva
Montibus ex altis ad nota cubilia, foetus
Jamdudum teneri memor, omnem sanguine circum
Sparsam cernit humum, catulos nec conspicit usquam;
Continuo lustrans oculis nemus omne peragrat
Cum gemitu:

tum si qua lupi, si qua illa leonis
Raptoris signa in triviis conspexerit, illac
Insequitur tota observans vestigia sylva,
Perque viam passim linquit pede signa bisulco.
Haud aliter.

CXXXIV.

A Lei che versa amaro pianto e geme
Dan le fide compagne invan consuolo.
Or quinci e or quindi in la Città poi preme
Indefessa i sentier, sì che 'l Figliuolo
Ahi misera! rivegga a l' ore estreme:
Ella incerta s'arresta ovunque, e solo
Co' santi lumi e con le orecchie è intenta,
Se folla ingombri, o mormorio si senta.

CXXXV.

Come la cerva che d'alpestre piaggia,
Ov' era a pascolar, chinando il giorno,
Ver l' amato covile il piè ritraggia,
A' suoi teneri parti a far ritorno;
Se di sangue il terren cosperso accaggia
Mirar, nè un figlio a sè colà d' intorno,
Ansante corre per la selva errando,
E 'l tutto fruga, i nati suoi plorando.

CXXXVI.

Indi se fia, che di leon rapace
Nel dubbioso cammin le cave impronte
Ella ne vegga, oppur di lupo edace;
Di tai vestigi in quel silvoso monte,
Abbujandosi il Ciel, divien seguace,
E aggiugne intanto a le press' orme affronte
Le sue pur anco in biforcato piede.
L' Alma Madre così vagar si vede.

Simul atque jugo prospexit in alto
Collis oliviferi, late qui maximus urbi
Incubat, ingentem concursum, et lucida civeum
Spiculaque, ac clypeos, et fulgentes equitatus,
Per medios ruit, et cursum extra moenia torquet:
Illam porticibus spectant, altisque fenestris
Effusae matres, longe et miserantur euntem.

Jamque hos, jamque ruens cursu praevertitur illos,
Uncula crebra licet volucrum perculcet equorum.
Addunt se flenti comites, pariterque sequuntur
Fidus Joannes cum matre, atque innuba Martha,
Et soror, et Salome, et conjux aegra Cleophae,
Cunctae atro pariter velatae tempora amictu.

Ecce autem videt infando jam proxima monti
Erectamque trabem, et scalas, defixaque signa:
Quamvis nescit adhuc, quae sint ea robora porro,
Horruit illa tamen metuens, et pectus honestum
Terque quaterque manu tundens pectusque, caputque:
Hei mihi, nescio quid moles, atque illa minatur
Machina tristae (inquit).

CXXXVII.

Tosto che mira tante genti e tante
Sul verde colle del ferace olivo
Ch' esteso sorge a la Città davante,
E d'armi e da guerrier montati un vivo
Lume intorno raggiarvi, in mezzo ansante
Scorre fuori le mura: a Lei pel clivo
Da loggia o portical le donne intese
Han le luci, da duol tutte comprese.

CXXXVIII.

Già questi e quei con piante sue leggiadre
Frettolosa trapassa, ancor che sia
Compressa da' destrier d'avverse squadre.
Le son soci nel pianto e nella via
Il fedele Giovanni e la sua madre,
Le dolci suore pur Marta e Maria,
La moglie di Cleòfe e insiem Salòme,
Tutte in nere gramaglie in su le chiome.

CXXXIX.

Ma già vicina all' esecrabil colle,
E le scale e più segni affisi mira
Alla trave feral ch' alto s' estolle;
Ned appieno avvisando a che tal dira
Tremenda mostra, orrore pur ne tolle,
E contra il capo e 'l casto sen s' adira
Colle sue mani: ahimè, che fia! dicendo,
E che minaccia l' apparato orrendo!

Gentis scio acerba furentis
Circumfusa odia, et genus undique Judaeorum
Jamdudum nobis infensum exposcere poenas.
Hoc erat, hoc tota insomnis quod nocte videbar
Cernere signum, olim Isacidae quo summa notarunt
Limina, quisque suum, fuso agni rite per aedes
Sanguine post longa exilia, indignosque labores
Niliacis moniti furtim decedere terris.

Haec memorans, simul ibat: eam sine more ruentem,
Rumpentemque aditus per tela, per agmina densa,
Rejiciunt clypeorum objectu, et longius arcent.
Jam magis, atque magis non vani signa timoris
Clarescunt, propiusque in vertice conspicitur crux,
Ingens, infabricata, et iniquis aspera nodis.

Ut vero informi mulctatum funere natum,
Affixumque trabi media jam in morte teneri
Aspexit coram infelix; ut vidit ahena
Cuspide trajectas palmas, palmasque, pedesque,
Vulnificisque genas foedataque tempora sertis,
Squalentem ut barbam, turpatum ut sanguine crinem,
Dejectosque oculos dura jam morte natantes,
Inque humerum lapsos vultus, morientiaque ora;

CXL.

Emmi noto il livor : so l' aspre pene
Che ci macchina ognora il popol reo.
Desso è 'l segno ch' insonne (or mi sovviene)
Questa notte m' offrì ; segno che feo
Col sangue che versâr d' agno le vene
Nel proprio tetto al limitar l' Ebreo ,
Cui languente in esiglio un dì prescritto
Fu di soppiatto a rifuggir d' Egitto.

CXLI.

In questo ragionar mentre ne gìa
Rapida , non accorta e fuor di mente
Infra tant' arme in campo ostil , venìa
Lunge respinta da l' armata gente.
Del non vano timor già comparìa
L' atro segno a' suoi rai ben più patente ;
Chè Ella giugne colà dove ne posa
Rozza croce , robusta e noderosa.

CXLII.

Come da presso al detestabil legno
Condannato rimira il Figlio e affiso ,
Nelle mani e ne' piè profondo il segno
De' fitti chiodi , le sue tempia e 'l viso
Lacerato da dumi in serto indegno ,
Lorda la barba , e 'l crin di sangue intriso ,
Al vicino morir languente i rai ,
Il capo giù , tutto spirante omai ;

Alpino stetit ut cautes in vertice surgens ,
Quam neque concutiunt venti , neque saeva trisulco
Fulmine vis coeli , assiduus neque dividit imber ;
Hispida , cana gelu , longoque immobilis aevo.
Ipsi illam montes , ipsa illam flumina longe
Videre ingentem foessae miserata dolorem :
Eque sacro aereae lacrymarunt vertice cedri.

Filius , at postquam pinu conspexit ab alta
Dilectam Genitricem , animi miseratus in illa ,
Ut potuit , subito morientia lumina fixit
Semianimis , dulcemque oculis respondit amorem:
Mox sic exanguem visu , victamque dolore
Affari extremum , curasque avertere dictis :

Hactenus , o mulier , stetimus : non te tamen aegram
Tantus edat tacite dolor : haud sine mente Parentis
Haec ferimus , qui temperat omnia nutu.
Hic tibi pro nato (admotum nam forte Parenti
Vidit Ioannem lacrymantem , et multa gementem)
Semper erit. Juvenem mox idem affatur amicum :
Haec tibi erit genitrix : oro tutare relictam
Tu saltem , et matris serva communis amorem.

CXLIII.

Qual macigno, riman, tra Alpini sassi
Che 'l fulmine non move o l' Euro o 'l Noto;
Ch' unqua il nembo non fende: ispido stassi,
Bianco per gelo, e da gran tempo immoto.
Del suo grave dolor ch' immane fassi
Il monte stesso e 'l fiume ancor remoto
Senton pietà: pur lagrimosa stilla
L' alto cedro del Libano distilla.

CXLIV.

Quando scorge il Figliuol da l' alta croce
La Madre a' piè, Lei compatendo in core,
Come ne puote infra la doglia atroce,
Fissa i languidi lumi, e 'l dolce amore
Sì con quelli l' attesta e non con voce.
Poi mirandola immersa in gran dolore,
A rilevarla da pensier funesto,
Tai sensi esprime moribondo e mesto:

CXLV.

Noi durammo finor: Donna, frattanto
Reprimi il duol, chè per voler di Luì
Che 'l Mondo regge Noi soffriam cotanto.
Per tuo figlio tuttor t' avrai costui
(Scerne a fianco di Lei Giovanni in pianto).
Indi al caro Garzon: senza di Nui,
Tu la difendi almen; dessa ti sia
Madre, e assunto da te l' amor ne fia.

His dictis lachrymas, perculsis mentibus, hostes
Non ipsi tenuere: ferae ingemuere cohortes.
Hic demum Matri rediit vox faucibus aegrae,
Ingentemque dedit gemitum: tum robora largo
Tristis inexpletum lacrymans lavit humida fletu,
Et tales amplexa trabem dabat ore querelas:

Nam quem te miserae Matri, pulcherrime rerum
Nate, refers? talin voluisti occumbere leto?
Nec tibi noster amor subiit, ne funera adires
Talia, ne culpam alterius hac morte piares,
Et letale dares miserae sub pectore vulnus?

Heu quem te, Nate, aspicio! tuane illa serena
Luce magis facies aspectu grata? tuine
Illi oculi? quae tam scelerata insania tantum
Ausa nefas? Heu quam Nato mutatus ab illo!
Cui nuper manus impubes, omnisque juventus
Occurrit festam venienti laeta per urbem;

CXLVI.

A questo dir, commosso il sen, dall' atre
Bieche pupille de' nemici stessi
Sgorga il pianto; ed ancor di dure squatre
Piangono i rai, da duolo i cor compressi.
Alfin riede la voce all' Alma Matre,
Che gemiti mandando, infra gli amplessi
Di lagrime diffonde un' ampia lava
Sul tronco, e 'l Ciel di tai querele aggrava:

CXLVII.

Alla dolente Madre ahi! qual t' appresti,
O diletto Figliuol, tanto prestante?
Tale morte crudel patir volesti?
Nè l' amor mio ti si parò davante,
Onde così tu non morissi, e a questi
Prezzi non foran le catène infrante
Al misero mortal; nè il petto mio
Penetrasse uno stral sì acuto e rio?

CXLVIII.

Qual ti veggio, Figliuol! ahi! non riluce
Lo splendore e 'l seren del tuo bel volto,
Ch' era più vago de la viva luce.
Son tuoi quei lumi? E qual furòr n' ha tolto
La bellezza? Ahi! non più l' onor traluce
Di quel Figlio in Città non guari accolto,
Cui venne incontro di garzon festiva
Turma con palme e fior, gridando: Evviva.

Perque viam ut regi velamina picturata,
Arboreasque solo frondes, et olentia serta
Sub pedibus stravere, Deum omnes voce fatentes.
His exornatum gemmis, hoc murice cerno?
At non certe olim praepes demissus olympo
Nuntius haec pavidae dederat promissa puellae.

Sic una ante alias felix ego? sic ego coeli
Incedo regina? mea est haec gloria magna?
Hic meus altus honos? quo reges munera opima
Obtulerunt mihi post partus? quo carmina laeta
Caelestes cecinere chori, si me ista manebat
Sors tamen, et vitam cladem hanc visura trahebat?

Felices illae, natos quibus impius hausit
Insontes regis furor ipso in limine vitae,
Dum tibi vana timens funus molitur acerbum.
Ut cuperem te diluvio cecidisse sub illo!

CXLIX.

Sotto a' piè, qual Sovran, nel fausto giorno
T' adornaro il cammin d' arazzi e frondi
E di serti di fior, clamando intorno
Tutti, ch' eri lor Nume. Ed or sì abbondi
Di gemme; e d' ostro io ti rimiro adorno?
Tai promesse non diè, nè tai giocondi
Annunzi fece quel Celeste Alato
A me timida, giù dal Ciel mandato.

CL.

Dunque fra donne più felice io sono,
E Regina così son dell' Empiro?
Or questo è 'l sommo onor, la gloria? Il dono
A che sì ricco i tre Sovran m' offriro?
A che i Cori del Ciel con inni e suono
A festeggiar mio parto allor n' esciro,
Se serbata alla fin m' era tal sorte,
Mirar del Figlio l' angosciosa morte?

CLI.

Fortunate ne fur quelle cui tolse
Erode i figli in sul primierò albore
Di lor' aura vitale, allor che volse
Macchinarti il crudel per van timore
Barbara morte, e orribilmente involse
Gl' innocenti bambin nel suo furore.
Oh avesse pur, lo bramerei, compreso
Te quell' eccidio, donde escisti illeso!

Hos, hos horribili monitu trepidantia corda
Terrificans Senior luctus sperare jubebat,
Et cecinit fore, cum pectus mihi figeret ensis.
Nunc alte mucro; nunc alte vulnus adactum.

Saltem huc ferte oculos vos, o, quicunque tenetis
Hac iter, et comitem dulci me reddite Nato,
Quando nulla mihi superant solatia vitae,
Atque meo major nusquam dolor: addite me me
Huic etiam, si qua est pietas; et figite trunco.

Aut vos, o, montesque feri, quaeque ardua cerno
Me supra frondere cacumina, parcite, quaeso
Vos saltem: vos, o, nostro exaturata dolore
Respicite, et miserae tandem succurrite matri:
Nunc nunc praecipiti casu convulsa repente
In me unam ruite, et tantos finite labores.

CLII.

Ora il comprendo appien ; tal duolo avia
A comportar : ciò Simeon predisse
A me innanzi a l'altar devota e pia ,
E al cor tremante gran timor m'infisse ,
Che sovrastar doveva , e che avverria
Quando spada tagliente il sen m'aprisse.
Questo è l'acuto stral che m'ha ferita ,
E altamente mi tien fuori di vita.

CLIII.

Voi volgetemi almen benigno il ciglio
Che qui siete a mirar scena funesta :
Deh ! mi fate compagna al dolce Figlio ,
Chè conforto verun più non mi resta
Della vita mortal nel tristo esiglio ,
E atra pena non v'ha simile a questa :
Se pietà vi riman , m'unite a Lui ,
E figete i miei membri a' membri sui.

CLIV.

Alti monti , via su , fronzute cime
Di questi colli che dintorno io miro
E assordo di querele , or che n'opprime
Una misera Madre un duol sì diro ,
Pur vi prenda pietà di Lei ch'esprime
Tale priego , e accogliete il suo sospiro :
Rovinate repente , e vostra mole
Alle pene ed a' crucci alfin l'invole. (1)

(1) Tali sensi di dolore d' una sconsolata madre finge il Poeta : ma certo non li profferì la gran Vergin Madre , modello di pazienza, e di rassegnazione a' divini voleri.

Hos Virgo atque alios dabat ore miserrima fletus ;
Nec comites possunt flentem illam abducere fidae.
At tamen armati morienti illudere pergunt ,
Estque hosti duro in bello multo optimus hostis :
Crudeli quassant risu caput , undique circum
Insultant , tolluntque has laeti ad sydera voces :

En qui se coelo missum , superique Parentis
Progeniem jactat , temploque , urbique minatus ,
Seque Deum fictor fandi mentirier audet.
I , sequere , illiusque pius nunc numen adora.
Qui multos leti eripuit de faucibus olim ,
Non potis ipse sibi tali in discrimine adesse.

Falsus abest illi longe , nec talia curat
Nunc Genitor. Sane infami nunc liber ab orno
Desiliat , si numen habet , vincla omnia rumpat ;
His quoque nos signis missum credemus olympo.
Talia jactabant , mediaque in morte dolore
Semianimem hoc etiam cumulabant.

CLV.

Questi spargea dal sen dolenti lai
L' afflitta Madre infra perenne pianto;
Nè le donne potean ritrarla mai.
Dileggiano Gesù gli armati intanto;
E quei che son peggior, più crudi assai
Vanno innanzi in agon duro cotanto:
Con deriso crudel movon le teste,
E l' insultan così con voci infeste:

CLVI.

Ecco quell' Uom dall' alto Ciel disceso,
Che Figlio si vantò del Dio Superno;
Che al tempio e a la Città l' insidie ha teso,
E ardisce mentitor farsi l' Eterno.
Vanne, e al Padre da te l' onor fia reso.
Di sè stesso non puote aver governo,
E 'l periglio evitar colui che forte
Fu diversi a ritorre all' atra morte.

CLVII.

Troppo da Lui lontan, no, non lo cura
Il finto Genitor. Salvo discenda,
Ogni chiodo crudel franto che indura
Su quel letto feral di morte orrenda;
Sì ch' a tai segni nostra fè secura
Ch' è mandato dal Ciel quaggiuso Ei renda.
A chi è presso a morir sì dan consuolo
Quegli, e accrescono più l' acerbo duolo.

*

Cuncta ferebat
Ille animi invictus: saevis clementius aequo
Hostibus orabat veniam, Patremque rogabat,
Parceret ignaris rerum, caecisque furore.
At vero inter se adversis decernere dictis
Auditi poenas qui juxta ob furta luebant
Supplicio aequali juvenes gemina arbore fixi.

Alter enim furiis, longisque doloribus actus,
Ipse etiam verbis morientem Heroa superbis
Stringebat miser, ac tales dabat ore loquelas:
I nunc, et templi multa constructa virum vi
Demolire adyta, et post tres rursum erige luces.

Nunc, tibi si genus e summo traheretur olympo,
Eque Deo genitore fores, ut te ipse ferebas,
His te, nos pariterque malis prohibere liceret:
Verum omnes quando jactasti vana per urbes,
Nobiscum moriere, Dei mentita propago.

CLVIII.

Il tutto Ei soffre placido nel core ;
Ch' anzi , pietoso oltre il dover , perdono
Domanda al Genitor , chè da furore
Mossi , di ciò che fanno ignari sono.
E quei che stanno allato al pio Signore
Contendono fra loro in vario tuono :
Son due ladron che ancor confitti a' legni
Pagan le pene di delitti indegni.

CLIX.

L' un , mosso da dolor , da atroci e fere
Punte de' crucci , clama ancor furente ,
E 'l semivivo Eroe con voci altere ,
Con rampogne ne fiede acerbamente :
Vanne ; e 'l tempio ch' alzò sì gran potere
De' nostr' Avi e de' Re d' Isacia gente
Or ne distruggi , e dopo il terzo die
Fa che di nuovo edificato fie.

CLX.

Se 'l tuo natal , come dicevi , hai tratto
Dall' Olimpo , e per Padre il Nume avesti ,
Col sommo tuo poter te stesso a un tratto
E noi da morte liberar potresti :
Ma poi che invan per le città tal fatto
Tu vantavi , e in color falsi pingesti ,
Millantator , con esso noi pur mori ;
Finto Figlio di Dio , paga gli errori.

Non tulit haec alter, dextra qui in parte propinquus
Jam morti pendebat, et haec extrema profatus:
Infelix! quae tanta animo dementia sedit?
Nos ambo merito luimus peccata: sed insons
Proditur hic odiis.

Quin nos commissa fatentes
Aequius hic fuerat veniam, pacemque precari.
Sic ait; hinc Divum conversus lumina in ipsum
Talibus orabat: Superi tu certa Parentis
Progenies, (nam celsa manent te sydera) ab alto
Respice me, et dexter morienti protinus adsis.

Annuit, et verbis Deus dignatus amicis:
Tu partem laudis capies, tu gaudia mecum
Quae me cunque hodie: una eadem te regna beatum
Accipient (ait): astra alacri jam concipe mente.

CLXI.

L'altro che pende su la destra affiso,
Mentre dal freddo sen lo spirto elice,
Unqua soffrir non può cotal deriso,
E quest' ultimi accenti ei porge e dice:
Qual insano furore al cor t' è fiso,
E la mente acceeò? soeio infeliee!
Noi per falli ei abbiam degna mercede;
Questi all' empio livor innocuo cede.

CLXII.

Molto fora miglior perdono e pace
Noi pentiti implorar, giunti a tai passi,
Confessando il fallir eon cor verace.
Poi volge i lumi al Dio languente, e fassi
A pregarlo così: Superna Face,
Vero Figlio Divin, poichè trapassi
All' eccelsa magion, di là m' invia
Propizi rai; benigno il Ciel mi sia.

CLXIII.

Al supplice ladron di cor contrito
Arride il Salvator: tai sensi espressi
Ver lui pietoso profferir s' è udito:
Della mia gloria e de' miei gaudii stessi
Oggi a parte sarai su etereo lito.
Ove n' andrò, verrai: ti fian concessi
I medesmi miei regni: ah via, contento
Sostati omai nel Ciel la mente intento.

Vix ea; nam vitae labentis fine sub ipso,
Dum luctante anima fessos mors exuat artus,
Aestuat: it toto semper de corpore sudor
Largior, et siccas torret sitis arida fauces.
Tum vix attollens oculos jam morte gravatos,
Exiguum sitiens laticem, suprema poposcit
Munera.

Vix tandem corrupti pocula Bacchi
Inficiunt felle, et tristi perfusa veneno;
Ingratosque haustu succos, inamabile virus
Arenti admorunt morientis arundine linguae:
Quae simul extremo libans tenus attigit ore,
Respuit, atque diu labris insedit amaror.

Interea magno lis est exorta tumultu,
Dum tunicam, Nato Genitrix quam neverat olim,
Partiri inter se famuli certamine tendunt,
Exuviasque petunt; sed erat haud sutilis ipsa
Vestis, et in partes ideo non apta secari:
Sorte trahunt igitur concordes: sic fore quondam
Praedixere sacri (corda haud improvida) vates.

CLXIV.

Ciò dice appena; e tutto già trambascia,
Mentre l'Alma divina il vel mortale
Oltremodo consunto e frange e lascia.
Ei più largo sudor versa dal frale
Tra ardente sete in la crudele ambascia:
Alzando a stenti allor da duol letale
Pressi i suoi lumi appien, l'Autor supremo
Chiede limpido umor per dono estremo.

CLXV.

Gli empi fiele ed aceto insiem mescendo,
Spiacevole licor con truce inganno
A chi crudi dolor pate morendo
Su tesa canna per gustar ne danno.
Tosto che liba il beveraggio orrendo,
Quel misto umor, s'addoppia affanno a affanno;
Lo schiva, avendo su le labbia smorte
Per lunga pezza l'amaror di morte.

CLXVI.

Gran contesa tra servi insorge ancora,
Dividendo le spoglie e l'alma vesta,
Che la Madre di Lui che 'l Mondo onora
Composta aveva e di sua man contesta.
Tirossi a sorte a chi toccasse allora,
Come non atta a si partir cotesta.
Da quei che antivedean tuttor l'obbietto
Tali cose avvenire un dì fu detto.

Jamque fere medium cursu trajecerat orbem,
Cum subito ecce polo tenebris caput occulit ortis
Sol pallens, medioque die (trepidabile visu)
Omnibus incubuit nox orta nigerrima terris,
Et clausus latuit densis in nubibus aether,
Prospectum eripiens oculis mortalibus omnem.

Hic credam, nisi coelo absint gemitusque dolorque,
Aeternum Genitorem alto ingemuisse dolore,
Sydereosque oculos terra avertisse nefanda.
Signa quidem dedit, et luctum testatus ab alto est:
Emicuere ignes: diffulsit conscius aether:

Concussuque tonat vasto domus ardua olympi,
Et caeca immensum percurrunt murmura coelum.
Dissiluisse putes divulsi moenia mundi:
Sub pedibus mugit tellus, sola vasta moventur:
Tecta labant: nutant succussae vertice turres.

CLXVII.

Quasi l' astro maggior percorso avìa
Mezzo cerchio, e 'l chiaror tosto depose,
Quando il Ciel si vestì di tenebria,
Ed ei la fronte impallidito ascose:
A pieno dì (terribil vista e ria)
Oscurissima notte ombrò le cose,
Sì che l' etra rimase occulto a pelo,
E l' occhio uman fra tenebroso velo.

CLXVIII.

Crederei, che se in Ciel loco v' avesse
E pianto e duol che qui serpeggia ed erra,
D' intensa doglia il Genitor piagnesse,
E mirasse non più l' infanda terra.
Dienne pur segno; chè da l' alto espresse
La sua tristezza che spaventa e atterra:
Più fochi balenâr d' Orto ad Occaso;
Tutto l' etra avvampò cui noto è 'l caso.

CLXIX.

La superna magion forte riscossa,
Alto risuona, e un mormorio profondo
S' ode per l' ampio Ciel: per grave scossa
Pare che, infranti i cardini del Mondo,
Si sciolga omai: la terra ancor commossa,
Sotto i piedi traballa e mugghia al fondo:
Cadono sparti al suol gli eccelsi tetti;
Treman le torri infin, mossi i lor letti.

Obstupuere humiles subita formidine gentes ,
Et positae extremis terrarum partibus urbes.
Causa latet , cunctis magnum , ac mirabile visum ;
Et populi aeternas mundo timuere tenebras
Attoniti , dum stare vident caligine coelum.

Ipsam autem propior Solymorum perculit urbem ,
Ac trepidas stravit mentes pavor : undique clamor
Tollitur in coelum : sceleris mens conscia cuique est.
Templa adeunt subito castae longo ordine matres ;
Incedunt mixti pueri , intactaeque puellae ;
Perque aras pacem exquirunt , quas thure vaporant
Suppliciter , sacrisque adolent altaria donis.

Ecce aliud coelo signum praesentius alto
Dat Pater altitonans , et templum saevit in ipsum :
Velum latum , ingens , quod vulgi lumina sacris
Arcet inaccessis , in partes finditur ambas ;
Et templi ruptae crepuere immane columnae.

CLXX.

Al repentino orror l' umili genti,
E cotante città che son remote
Rimangono confuse e appien timenti.
Son de' disastri le cagioni ignote,
Paventosi e ammirevoli i portenti:
Tutti i popoli allor tema percote,
Che fia nel Mondo sempiterna l' ombra,
Vedendo il tenebror che 'l Cielo adombra.

CLXXI.

Da vicino in timor frattanto è tratto
Il popolo fellon, che da per tutto
Grida n' innalza: del crudel misfatto
Resta ciascun da sua coscienza istrutto.
Movon le madri allor nel tempio a un tratto,
E fanciulli e donzelle in tanto lutto:
Con più doni sull' ara, e ardendo incenso,
Chieggon pace e perdono al Nume offenso.

CLXXII.

Ecco dall' etra più visibil segno
L' Almo Padre ne porge; e più severo
Col tempio e l' ara è a palesar lo sdegno.
In due parti si scinde il vel che intero
Scendeva a separar lo sguardo indegno
Da ciò che i riti più riposto fero;
E si schiantan colà con gran frastuono
L' alte colonne che marmoree sono.

Jamque Deus rumpens cum voce novissima verba
Ingenti, horrendumque sonans : En cuncta peracta;
Hanc insontem animam tecum, Pater, accipe (dixit):
Supremamque auram ponens caput expiravit.

CHRIST. LIB. QUINTUS EXPLICIT.

CLXXIII.

Gli estremi accenti già pronunzia il Divo
Che pendeva dal tronco agonizzante,
Presso da cruccio il più ferale e vivo,
Con paventoso tuon forte clamante :
Tutto, o Padre, è compiuto; ho vita a schivo:
Or quest' Alma ti vien pura davante;
Deh! l'accogli in tuo sen nel sommo Empiro.
Chino il capo, poi dà l' ultimo spiro.

FINE DEL CANTO QUINTO.

M. HIERONYMI VIDAE

ALBAE EPISCOPI

CHRISTIAS

LIBER SEXTUS.

Jamque nigrescenti properabat vesper olympo:
Corpora adhuc stabant inhumata, infletaque cano
Vertice, stipitibusque etiam nunc fixa manebant.
Talia Josephus veniens Arimathide ab ora
Non tulit, egregiusque animi, praestansque juventa,
Et bellis assuetus, agri ditissimus idem,
Atque auri.

DELLA CRISTIADE

DI

MARCO GIROLAMO VIDA

CANTO VI.

ARGOMENTO.

Cruda lancia ne scinde il fianco a Cristo:
Indi si pone in novo avel la Salma:
Discorre al Limbo tenebroso e tristo,
E riede al terzo dì nel Corpo l' Alma.
Risorge il Nume, e da' suoi soci è visto,
Cui conforta, salendo in dolce calma
In seno al Padre in Ciel: su lor discende
L' Almo Spirto Divino, e 'cor n' accende.

I.

Già stendendo nel Ciel l' oscuro ammanto,
Affrettava la notte il tenebrore:
Confitti a' tronchi ancor, quei corpi intanto
Eran esposti a universal terrore
Sul bianco colle senza onor di pianto.
Unqua nol soffre di Giuseppe il core,
Chiaro garzon d' Arimatea, guerriero,
Ricco di campi e di dovizie altero.

Is Christi miratus maxima facta,
Addiderat comitem modo se, quocunque vocaret.
Ergo dum silvis alii formidine turpi,
Speluncisque vagi passim conduntur in altis,
Protinus ipse animi intrepidus, fretusque juventa,
Aggreditur gentis rectorem; ac talia fatur:

Optime Romulidum te cari in caede Magistri,
Quem gens nostra odiis leto mulctavit iniquis,
Fama pias servasse manus, caecumque furorem
Adversus totis nequicquam viribus isse.
Scis falsa exceptum sub proditione, quod illis
Obstaret coram scelera urgens impia verbis.

Quod potes, exanimum terrae succedere corpus
Da saltem, sociis casus solamen acerbi.
Ipse novo condam, mihi quod de more paravi,
Funera mecum animo dum verso incerta, sepulchro.
Pontius haec contra:

II.

Testè il Duce Divin fatto s'avìa
Suo socio, ammirator dell'alte gesta,
E, ove ne gisse, Lui tuttor seguia.
Or vagando fra spechi e in la foresta
Ascosi gli altri per temenza ria,
Pien ei d'ardir che gioventù gli appresta,
Reca verso il Pretor veloci i passi,
E in cotal guisa a supplicarlo fassi:

III.

È fama, o invitto Reggitor Romano,
Che di Cristo mio Duce a morte tratto
D'esta gente crudel dall'odio insano
Non lordasti le man nel sangue; e affatto
Al suo cieco furor, quantunque invano,
T'opponesti: prigion, ben sai, fu fatto
Ei per dolo; chè i falli a' rei sovente
Rinfacciò con suoi detti apertamente.

IV.

Deh! mi concedi (è in tuo poter) che quello
Corpo s'interri, e sì conforto a' suoi
Superstiti compagni, al pio drappello
Immerso in duol ne dona almen, chè 'l puoi.
L'alma spoglia porrò nel novo avello
Ch'ommi apprestato già, come tra noi
È costume, temendo ognor la morte.
A rincontro il Roman tai voci ha porte:

*

Ut potius concedere vivum
Nunc corpus cuperem! vos veri conscia testor,
Numina: tentavi versans mecum omnia, si qua
Insontem morti excipere, ac dimittere possem:
Et nobis pietas colitur, sanctique penates:
Sed nihil invita tandem profecimus urbe;
Crudelis vicit gentis furor. Ite, sepulchro,
Muneribusque pii exanimum decorate supremis.

Dixerat: ille gradus montes contendit in altos;
Cui sese comitem jungit Nicodemus, et ipse
Multum animo cari concussus funere amici.
Jamque propinquabant paribus vestigia curis
Figentes, unde infaustus de colle videri
Jam poterat locus:

ecce autem fulgentia circum
Arma vident, cinctumque armato milite clivum.
Nam, ne luce sacra pendentia corpora truncis
Solemnem funestarent laetae urbis honorem,
Primorum missu armati venere ministri,
Semineces qui stipitibus de more refixos
Hoc ipso injecta tumularent vertice arena.

V.

Oh fosse illeso Ei già! vivo il darei:
N'attesto i Numi ancor, cui noto è 'l vero.
A salvar l'innocente e che non fei,
Ruminando ogni modo il mio pensiero?
Chè onoro la pietate, e colo i Dei:
Vinse l'empia Città col popol fero.
Ite, e s'abbia l'estinto un monumento
Con uffizi pietosi, a cui consento.

VI.

Dice; e quegli il sentier rapido prende
Verso il monte vicin: va seco insieme
Nicodemo cui 'l cor tra pene orrende
Pel morto amico ne sospira e geme.
Già con disegno egual la coppia ascende
L'abbominevol giogo, e a l'erte estreme
Già s'appressa, onde può l'infausto sito
Dello scempio mirar testè seguito.

VII.

Ecco vede da lunge intorno allora
Tutto d'armi raggiar cerchiato il clivo;
Chè, onde da busti semivivi ancora
Non si turbasse in almo dì festivo
L'ilarità che fra' Giudei dimora,
Giunse stuol di sergenti intempestivo,
D'ordin degli Anzïan, che, quei spiccati,
Poi gli avesse colà tutti interrati.

Stabant supplicium meritum qui hinc inde luebant
Semianimes, et adhuc spirantes funere in ipso
Optabant duros leto finire labores,
Et montem implebant lachrymosis vocibus omnem:
Protinus hinc, atque hinc longis astilibus instant
Armati, franguntque viris tabentia crura,
Et miseris mortem properant, trabibusque refigunt;
Deinde cava infodiunt projecta cadavera terra.

At simul exanimem, qui nostra ob crimina poenas
Pendebat, videre, manum abstinuere, nec ultra
Sunt passi saevire in cassum lumine corpus;
Mirati properos obitus, collapsaque membra
Tam cito, et ora modis jam tum pallentia miris.

Quidam etiam vidisse ferunt pendere per auras
Caelivagos juvenes feralia robora circum
Plaudentes alis, niveaque in veste coruscos,
Divinum multo stillantem e vulnere rorem
Suscipere, et superas pateris perferre sub auras.
Hic ausus solus, lato cui lancea ferro,
Longinus sanctos violare ignobilis artus.

VIII.

Eran di vita in su gli estremi istanti
I due per falli quinci e quindi in croce;
Bramando il fin di tanti crucci e tanti,
Il rio colle n'empían di mesta voce:
Lor s'avventa, e con aste e con pesanti
Bacchi le gambe allor lo stuol feroce
Rompe, e a' miseri alfin la morte affretta;
E sì frante le salme interra in fretta.

IX.

Quando Colui, che all'uom la macchia asterse
Della colpa letale, a morte avvinto,
Tutto il corpo mirando, appien discerse,
Infierir non osò contra l'estinto;
Compreso da stupor, che tosto perse
L'aure avesse di vita, e che dipinto
Già fosse il viso da pallor di morte,
E appassite le membra, anzi che smorte.

X.

Romor ci dice, che Garzon celesti
Si vedessero allor nel van pendenti,
Gir vagando con ale e in bianche vestì
Intorno intorno al Redentor fulgenti;
E con patere il sangue accor cotesti,
E su recarlo per le vie de' venti.
Ardì solo con lancia il vil Longino
Trapassare il costato al fral Divino.

Irruit, et longa transverberat abiete costas:
Intepuit ferrum, sanctum ebibit hasta cruorem
Vulnere, quo perhibent bicoloris fluminis instar
Et purum laticem, et rorem exiliisse rubentem:
Diluta est humus, erubuerunt gramina circum.

Huc sese in medios Arimathes urbis alumnus
Infert, conscenditque trabem, atque exangue Magistri
Detrahit, et densis procul aufert corpus ab armis
Veste tegens, modo quam tales mercatus in usus.

Huc volucres Pueri, coelique effusa juventus,
Ferte pedem: aeterni largum date veris honorem:
Pallentem violam calathis diffundite plenis,
Narcissique comas, ac moerentes hyacinthos,
Et florum nimbo divinum involvite corpus.

XI.

Ei correndo la lancia al fianco spinse:
Sì fe tiepido il ferro, e l' asta imbebbe
L' almo sangue onde già tutta si tinse.
Come fama n' invalse e ognor ne crebbe,
Dalla piaga un umor corse, e si pinse
Di due color, che a largo rio s' avrebbe,
E di sangue verace e di chiar' onde:
Il suol bagnossi, e rosseggiâr le fronde.

XII.

Quivi d' Arimatea la nobil' alma
Coraggiosa s' avanza, ascende il legno,
E con pietà, con frettolosa palma
Del Divin Figlio e Duce suo sì degno
Le man dischioda e 'piè: l' esangue Salma
Fuor di quell' armi e fuor dell' oste indegno
Ben secura ne tragge avvolta in manto
Di bianco lin, che compro avea per tanto.

XIII.

Vaghi Alunni del Ciel, su, presto escite
Da qnell' alta magion che tienvi inchiusi;
Aligeri Garzon, deh! qua venite.
Quanti l' eterno april fiori ha dischiusi
Da colmi cesti a piena man largite:
Un nugol di narcisi e semichiusi
Mesti giacinti e pallide viole
La spoglia or covra de la Diva Prole.

Ecce autem late reboant plangore propinqui
Foemineo montes: responsant flebile saltus;
Omnia flere putes sola lamentabile letum.
Ipsa sedet vivo Genitrix moestissima saxo,
Aegro corde, comis passis, totoque cruentum
Heu! Natum complexa sinu, miserabile corpus;
Atque oculos fovet ore, patensque in pectore vulnus.

Nec jam ullos gemitus, nec jam ullos amplius edit
Singultus; magno sed enim exanimata dolore,
Frigida, muta silet, gelidoque simillima saxo:
Circumstant aliae tunsae omnes pectora palmis;
Pars calidis corpusque lavant et vulnera lymphis;
Textilibus membra involvunt pars squalida donis.

Haec siccat fuso rorantia genua capillo,
Vulneribus super accumbens haerensque cruentis:
Oscula dat manibus, pedibusque rigentibus illa:
Indulgent omnes lachrymis, tristique ululatu
Cuncta replent.

XIV.

Ecco s' ode rombar doglioso e fitto
Un suon tra' monti di feminei lai:
N' echeggia il bosco; e tutto l' Orbe afflitto
L' infanda strage par che plori omai.
Siede a un sasso la Madre, il cor trafitto,
Scompigliato il suo crin, scurati i rai;
Strigne il Figlio nel sen; quindi il costato
Scisso e 'lumi scaldar tenta col fiato.

XV.

Più singulti non tragge, e più non geme;
Ma immobile e silente Ella si vede
Per la doglia feral che 'l cor le preme,
Tutta al sasso simìl dove ne sede:
Il femineo drappel raccolto insieme
L' è dintorno, e con man suo petto fiede;
Parte le piaghe a dilavar s' invoglia;
Parte avvolge tra lin la santa Spoglia.

XVI.

Questa sguarda le piaghe ad una ad una
Assai più mesta, il biondo crin discinta,
E, le membra con quel polendo, aduna
Il sangue, al morto dechinata e avvinta:
Quella i piedi e le man dolente e bruna
Bacia, e più fiate è a ribaciar sospinta:
D' un acerbo dolor lai versan tutte,
Ed alte grida son da l' aure addutte.

Vix inde viri divellere possunt,
Ipsi etiam guttis humentes grandibus ora:
Tum corpus miseras solati exangue sepulchro
Condunt marmoreo; atque affati extrema recedunt,
Et magnam comites Genitricem in tecta reportant.

At Solymos penitus nondum omnis cura reliquit
Sollicitos: sed adhuc timor acer corda premebat.
Saepe etenim audierant sociis moerentibus hostem
Sese olim superas rediturum lucis ad auras
Promisisse; palamque sacros id promere vates.

Id veriti armatos subito misere viros, qui
Noctes atque dies servarent flebile bustum,
Ne forte auferret furto quis nocte sepultum,
Et totam impleret falsis rumoribus urbem,
Defunctum vita rediisse ad luminis oras,
Vitalesque auras haurire, atque aethere vesci.

XVII.

Ponno appena bastar gli uomini stessi
A distaccare il feminil drappello,
Chè han di lagrime il viso ingombro anch' essi
Pel grave duol ch' è lor comune e a quello:
Ma, sollevato alfin, cheti e dimessi
L' esangue corpo nel marmoreo avello
Inserran già: l' estremo addio poi detto,
Recan le donne la gran Madre al tetto.

XVIII.

Sgombri i Giudei non son frattanto appieno
D' ogni pensiero tormentoso e tristo:
Lor fere ancor dura temenza il seno.
La promessa che feo più volte Cristo
Al seguace suo stuol sentito avièno,
Che nov' aura di vita avria pur visto
Il suo corpo Divin: com' anche i Vati
Presagiro sovente a' tempi andati.

XIX.

Ciò temendo, mandâr quegli repente,
La notte e 'l dì per vigilar da presso,
Al sepolcro di Cristo armata gente;
Onde non fora a' soci suoi concesso
Infra notturno orror celatamente
Involare la Salma inchiusa in esso,
E spargere romor, che a nova vita
Già risorta ne fosse e linci escita.

Aura veni afflanti Patris omnipotentis ab ore;
Aura potens coeli numen, Superûmque voluptas,
Quicquid adhuc superat mihi dira e caede dolorum
Mente fuga, laetosque animi nunc reffice sensus,
Et placidos per membra riga mihi numine motus.

Sit fas laetitiae sentire in pectore lapsus,
Laetitiae, qua gens fruitur felicis olympi,
Larga ubi latifluo passim torrente redundant
Gaudia, nec fines novit diffusa voluptas.
Vertitur hic rerum facies: hic gaudia nostra
Incipiunt; longe in melius versa omnia cerno.

Jam Deus, ut sacros vates, et sancta piorum
Concilia educens tenebris inferret olympo,
Corporeis liber vinclis concesserat imos
Spiritus ad manes, animarum regna silentum,
Per caecos aditus, et praecipites anfractus
Solis inaccessos radiis, loca nocte perenni
Obsita, terrificam caecae formidinis aulam.

XX.

Della bocca del Nume Altitonante
Aura figlia Divina ; aura , che sei
Il perenne piacer , l' onor festante
De' Beati nel Ciel , deh ! vieni , e' rei
Tristi pensier discaccia e quanto innante
Vienmi ancor della strage in mente : i miei
Oppressi sensi , l' alma mia ristora
Con tua Divinità che 'l Mondo adora.

XXI.

Dato mi fia tutte sentir nel petto
Le dolcezze inondar , quelle divine
Che hanno i Giusti lassù nell' aureo tetto ,
Ove sgorga tuttora e non ha fine ,
Qual turgido torrente , il bel diletto.
Or cangiansi le cose : or sì che alfine
Nostro gaudio comincia ; e in chiari spegli
Oh quanto ! io veggio che ogni cosa immegli.

XXII.

Scevro l' Uom-Dio dal suo corporeo peso ,
Per innalzar su lo stellante Empiro
Il consesso de' Giusti , il cammin preso
Per cieco calle e ruinoso giro
Unqua dal Sol non visto , era disceso
Al basso chiostro , paventoso e diro ,
Alla magione eternamente oscura ,
Albergo di silenzio e di paura.

Hic stabulant, vivisque tenent impervia regna
Noctivagi fratres, superi quos ira Parentis
Coelo immane nefas animis excussit adortos,
Tartareisque genus miserabile mersit in antris,
Quando illos tenuit regnandi tanta cupido.

Nunc miseros poenis manes, miseri magis ipsi
Exercent, vinctosque tenent nigrantibus oris.
Interiora habitant barathrum irremeabile clausae
Crudeles animae, ad Superos dum vita manebat:
Nunc merita expendunt vasta fornace sepultae
Supplitia, undantemque ferunt caligine fumum:
Ignis ibi aeternus, semper nova flamma renascens.

Innocuae circum sedes, secretaque longe
Atria circuitu longo: hic incendia nulla;
Nulli obsunt penitus flammis ultricibus ignes;
Umbrarum sed iners requies, penitusque silentis
Mundi temperies secrete his sedibus aevum
Insontes degunt animae:

XXIII.

In questo a' vivi inaccessibil regno
Fuor di speme d' uscir fitto risede
Degli Spirti lo stuol protervo e indegno,
Cui discacciò da la raggiante sede
L' Alto Padre Divin con giusto sdegno,
Quando elato il suo cor mancò di fede;
E 'l misero sommerse in tale abisso,
Chè il desir dell' impero avea sì fisso.

XXIV.

Ora vessano l' alme in nero lito
(Più miseri di quelle) in rie catene.
Ivi son desse in più riposto sito,
D' onde dietro tornar non han mai spene,
Quando di seggio il Ciel n' avria fornito:
In fervida fornace orrende pene
Pagan tra fumo e 'n fiamma edace e viva
D' eterno incendio che tuttor s' avviva.

XXV.

V' è un lontano, ma placido soggiorno,
Un ampio esteso pian, d' innocue sale,
D' atrii occulti ripieno intorno intorno,
Ove spirto verun non unqua assale
L' ardente foco, nè di vampa il torno:
Ma l' ombre di colôr che vel mortale
Vestiro un dì lenta quiete inserra;
Son qui l' alme de' Giusti in muta terra.

quibus haud sua damno
Admissa, at primi scelus exitiale parentis
Detinet hic clausas, nostrae nil lucis egentes,
Poenarum prorsus expertes, nisi luce carerent
Jucunda, qua gens gaudet stellantis olympi.

Hic patres, sanctum genus, antiquissima proles,
Qui vitam vinclo nullo, non legibus ullis
Compositam, incultos primi degere per agros
Inter oves, patrio tantum se more tenentes,
Justitiae memores ultro, rectumque colentes.

Hic vatesque pii, qui quondam numine pleni
Ventura intrepide magnas cecinere per urbes;
Quique dedere orbi leges, divina reperta;
Quosque datis olim juvit parere volentes,
Matronae, atque viri; vitaeque in limine rapti.

XXVI.

Il proprio fallo unqua a costor non noce;
Ma qui sol le dannò quel reo costume
Del primo genitor, sua colpa atroce.
Uopo affatto non han del nostro lume:
Nè da cruccio verun nell' ima foce
Foran presse, se pur dall' Almo Nume
Non fosser lunge, da Colui che irraggia
Tra gaudio l'alme in la beata piaggia.

XXVII.

Tutti i Padri qui son, quei Padri antichi,
Germe al gran Dio fedel, che appien contenti
In monti irsuti e 'n campi inculti e aprichi
Vissero onesti guardian d' armenti,
Scevri da legge o fren, scarchi d' intrichi:
A' paterni lor usi ognora intenti,
Guidarono sè stessi, e fur devoti
Al retto e al giusto per natii lor voti.

XXVIII.

Qui i sacri Vati ancor che con ardore
A presagir per le città si fero
Francamente il futuro; e quei che fuore
Per consiglio divin le leggi diero.
D'ambo il sesso v'ha gente, a cui fu in core
Vivendo assoggettar le menti al vero;
E i pargoletti infin da morte ancisi,
I lor occhi alla luce appena affisi.

*

Omnibus unus amor, coelique arrecta cupido.
Et jam promissi memores tum forte per umbras
Saecla recensebant tacitis volventia lustris,
Ducebantque animis finem adventare malorum;
Atque haec inter se laeti sermone ferebant:

En tandem volvenda dies, en imminet illa,
Cum lucem liceat, supera et convexa tueri.
Hanc claro Pater omnipotens manifestus olympo
Ostendit nobis divino numine plenis:
Nos aliis subito mortalibus ore canentes,
Optandam votis venienti liquimus aevo.

Jam jam aderit lux nostra, Dei indubitata propago:
Ille erat, ille feri sub imagine saepe leonis
Ostensus nobis oculos caligine pressis,
Unus pro multis qui se se proderet ultro
Morti, defensosque daret nos, hoste subacto.

XXIX.

Han tutte un solo amor, han di concerto
Le sant' Alme pel Cielo un sol desio.
Memori forse del divin profferto,
Il tempo in mezzo a un tenebror sì rio
Computavano allor ch' avean sofferto:
Volvevano nel cor che 'l sommo Dio
Forse il fine agli affanni omai porgesse;
E dicevan giulive infra sè stesse:

XXX.

Ecco che omai ne vien quel dì bramato;
Ecco sovrasta alfin: già già la luce
E 'l convesso del Ciel mirar fia dato.
Quest' Almo Redentor che qua s' adduce
A noi pieni del Nume un dì svelato
Fu dall' alto Fattor, Sovrano e Duce:
Tosto nel Mondo il presagimmo altrui,
E sì lasciammo desïar Costui.

XXXI.

Or or lampeggerà d' alto fulgore
Del Sommo Padre la propagin vera.
Ei fu quel desso che ci feo terrore,
Che qui mostrossi in paventosa e altera
Sembianza di leon, ma tutto amore,
Voglioso di patir spietata e fera
Morte un solo per molti, e, l' oste vinto,
Torre il laccio crudel che ancor c' è avvinto.

Vicit, io, tandem leo magni a sanguine Judae,
Davidae genus. O, passim gaudete beati
Mortales, gaudete animae jam corpore functae.
Jam vos astra vocant: nunc quae tot clauditur annos
Janua syderei nobis aperitur olympi.

Jamque erit, ut nostris promissum vocibus olim:
Laetitia exiliant montes, collesque resultent
Pampineis vincti formosa cacumina sertis;
Quales creber agris aries, oviumque minores
Subsiliunt foetus, mollique in gramine ludunt,
Balatus matrum dum juga longa sequuntur.

Ipsi jam fontes, ipsa et vaga flumina passim
Melle fluant, niveo passim vago flumina lacte,
Lacte mero, et dulci distillent nectare rupes.
Talia perstabant memorantes: cuncta fremebant
Intus laetitia ingenti, plausuque secundo.

XXXII.

Vinse alfine il leon da Giuda sceso,
Davidico germoglio. Alme beate!
Godete il ben per tanti lustri atteso;
Voi che di vita ancor l'aure spirate,
E voi che morte separò dal peso
Del già consunto vel, tutte esultate.
V'attendono le sfere: or c'è dischiusa
Quella porta del Ciel tant'anni chiusa.

XXXIII.

Ecco avverata alfin la nostra speme:
Giungono i tempi già da noi promessi,
Che di pampini i monti e colli insieme
Cinti le vette esulteran, compressi
D'alta letizia; come stuol ne preme
D'agnelli i paschi, saltellando in essi
Lieto dietro il belar che fan pietose
Lungo i gioghi le madri e in valli ombrose.

XXXIV.

Omai di mel discorrerà da' fonti
Aurata linfa: e sul sonoro flutto
Addurran bianco latte e fiumi e pronti
Gonfi torrenti pur: sarà produtto
Un nettareo licor da eccelsi monti.
Rammentavan così quell'Alme; e tutto
Di giojosi clamor, di plauso e canto
Il bujo chiostro risonava intanto.

Sicut ubi cives longa obsidione tenentur
Urbem intra, et vallum, portarumque objice tuti,
Dum circum sonat, atque in muros arietat hostis:
Tum si forte acies procul auxiliaribus armis
Adventare vident socias e turribus altis,
Consurgunt, animosque alacres spe ad sydera tollunt.

Ecce autem foribus succedens maximus ultor
Haud cunctatus adest divina luce coruscus.
Porta ingens adversa manet centum aerea vastis
Vectibus, aeterni postes: hanc nulla neque igni
Vincere vis valeat, neque duri robore ferri.
Constitit hic Deus, ac dextra stridentia claustra
Impulit:

intremuit quo late exterrita tellus
Impulsu; vaga contremuerunt sydera mundi;
Regiaque umbrosis immugiit atra cavernis.
Ad sonitum horrifico adventu de vallibus imis
Lucifugi raptim trepido adsunt agmine fratres,
Humana facie crurum tenus, inde dracones:

XXXV.

Come da lungo assedio infra le porte
E tra il vallo in città vivon securi
Chiusi gli abitator, quand'anco il forte
E bellico monton suoi colpi adduri:
Se amiche squadre fian dall' alto scorte
Avvicinarsi per aita a' muri,
Sorgono a un tratto allor, prendono ardire,
Ed innalzano il tuon d' un bel gioire.

XXXVI.

Ecco indugio non più: giugne davante
Al nero limitar dell' ima sede
D' eterea luce il Salvator raggiante.
L' immane porta in su de' cardin siede
Ferma colà per tante leve e tante
Di durissimo bronzo: unqua non cede
Per foco o ferro all' uom. Qui Dio s' arresta;
E sforza con la man la porta infesta.

XXXVII.

Traballa all' urto attonita la terra,
E improvviso tremor move le stelle:
Ne la magion che 'l tenebror rinserra
Terrifico fragor serpeggia, e in quelle
Atre cave rimugghia; e da sotterra
Corron pavide all' uscio orrende e felle
Torme d' alati mostri: ad uom l' immago
È pari a mezzo, e 'n che rimane a drago.

Tum rudere insuetum , dirumque e faucibus ignem
Efflare , atque domum piceo omnem involvere fumo.
Continuo patuere fores : procul ecce repente
Sponte sua absiliunt convulsi a cardine postes :
Apparet confusa intus domus , altaque circum
Atria rarescunt tenebrae , et nox caeca recessit.

Nam Deus haud secus obscuris conspectus in antris ,
Perstringens oculos , divina luce refulget ,
Quam cum gemma ignes splendore imitata corusco
In noctem thalamis lucet regalibus , atrasque
Exuperat tenebras , largo et loca lumine vestit ,
Purpurea circum perfundens omnia luce.

Ut vero in mediis Divum penetralibus hostes
Videre , et faciem invisam agnovere per umbras
Ardentem radiis , ac mira luce coruscam ,
Protinus aspectu subito terrentur , et imas
Conjiciunt sese in latebras , linguaque remulcent
Commissas utero caudas , stratique tremendum
Nequicquam umbrosis in spelaeis ulularunt.

XXXVIII.

S' odono quindi schiamazzar repente;
E dan da fauci paventevol vampa
Ed un fumo che vien di pece olente.
S' apre tosto la porta, e al suol ne stampa
L' impronta già da' gangheri cadente:
Al folgorar de la Celeste lampa
Il tenebroso orror fugge, e l' aspetto
S' ha dell' interno del confuso tetto.

XXXIX.

Chè di fulgida luce sua divina
Non corusca altrimenti il Sommo Autore,
Ed i lumi il baglior forte abbacina,
Di quel che faccia infra notturno orrore
Nella reggia una gemma peregrina,
Che 'l foco imiti al vivido fulgore:
Essa l' ombre dirada, e rende adorno
Di vaga luce quel regal soggiorno.

XL.

Tosto che il limitar veggon quei diri
Sorpassato colà dall' Almo Divo,
E d' alta luce infra gli ardenti giri
Miran del volto il folgorar sì vivo;
Attoniti all' incontro i felli Spiri
Riedon ove le cave han lume a schivo,
Lambendosi le code, e, al suol prostesi,
Ad un forte ulular son tutti intesi.

Quales quae celsis habitantes Alpibus Euros
Semiferae gentes semper patiuntur, et imbres,
Romanas si forte, procul fulgentibus armis,
Ora exertantes antris videre phalangas,
Fumosa extemplo palantes tecta relinquant,
Dispersique jugis, si qua altius exit in auras,
Rupe sedent, longeque duces mirantur euntes.

At casti circum manes fulgore repente
Lustrati passas tendunt ad sydera palmas;
Laetitiaque fremunt subita, lachrymasque dedere;
Nec saturare queunt animos, oculosque tuendo:
Tum laeto ultorem propius clamore salutant
Una omnes:

Ut te coeli lux clara sereni
Optatum aspicimus! nec nos spes nostra fefellit;
Qui revehis mundo primo concessa parenti
Munera, et humanum genus omne in pristina reddis,
Ignotasque vias aperis ad sydera coeli.
Venisti: aethereae facies tua lampadis instar
Diffulsit, tandemque oculis lux reddita nostris.

XLI.

Come semibrutal germe ch' esposto
Tragge all' Alpi la vita e a piove e a venti,
Se, a caso il capo fuor degli antri posto,
Vegga schiere d' armati appien fulgenti,
Lascia quei tetti affumicati; e tosto
Vagabondo fra' gioghi a l' eminenti
Irte rupi sen corre, e là ristassi
Sguardando de' guerrier da lunge i passi.

XLII.

Ma i casti abitator, le placid' Alme
Cui subito fulgor d' intorno irraggia
Tutte elevano al Ciel le stanche palme;
E s' odono esultar su quella piaggia
Con lagrime, sebben prive di salme,
Per la letizia, chè improvvisa accaggia:
Nè mai son paghe di mirare; e a coro
Porgono al Vincitor tai sensi loro:

XLIII.

Vero Lume del Ciel cotanto atteso,
N' arrivi alfin! nè l' aspettar fu vano;
Chè torni al Mondo l' alto don già reso
Al primiero mortale, e al germe umano
Schiudi all' Etra il cammin d' altri non preso.
Giugnesti già: folgoreggiò d' estrano
Splendor, qual chiaro Sol, la Diva faccia,
Che rifulgenti d' est' orror ci caccia.

Sed quibus exhaustum aerumnis, quantisque procellis
Jactatum accipimus! (nigras ea fama sub oras
Detulit) indigno quis sanctum vulnere corpus
Foedavit? quaenam hasta tuo intepuisse cruore,
Quod ferrum tulit? an tantum mortalibus ullis
In terris licuit scelus?

O quae clausa remotis
Aequora littoribus terrarum cingitis orbem,
Quae vos, quae tenuere morae? quibus abdita claustris,
Leto Opifex tam crudeli cum vester obiret?
Vos tum diluvio mortalia cuncta decebat
Obruere, et terras penitus delere nocentes.

Nosne per haec, superi Soboles certissima Regis,
Vulnera servamur? non, o, non praemia tanti,
Non tanti ipsa salus erat olim nostra: tua ingens
Haec pietas: adeon' tibi curae incommoda nostra,
O hominum dulcis requies, Superumque voluptas?
Nos Patris aversi nostro irritavimus iras
Crimine: tu diras solvisti sanguine poenas.

XLIV.

Ma da quai crucci e quai procelle oppresso
T' accogliamo così ! (romore ingrato
Dalla fama in quest' antri ancor n' è espresso)
Chi d' orride ferite ha sì bruttato
Il tuo corpo , ed osò tal grave eccesso ?
E qual' asta crudel nel tuo costato
S' intiepidì di largo sangue intrisa ?
Ed ardì tanto l' uomo in sì ria guisa ?

XLV.

Qual indugio , oceàn che cingi il Mondo ;
Qual forte fren ti tenne pur costretto ?
E in quai spelonche e 'n quale sen profondo
T' ascondesti tu allor che a morte astretto
Fu l' eccelso Fattor ? Nel cupo fondo
Dovevi seppellir dell' ampio letto
Ogni cosa mortal , gli uomini tutti ,
E l' empia terra sobbissar ne' flutti.

XLVI.

Dunque , o Figlio Divin , gli egri mortali
Con tue piaghe così salvar volesti ?
Sì ti prese il pensier de' nostri mali ?
E tanto val nostra salvezza ? ah ! questi
Sono i frutti , o Piacer degl' Immortali ,
Speme dell' uom , de la Bontà ch' avesti ?
Noi movemmo a furor co' falli Dio :
E Tu col sangue ne pagasti il fio.

Talia per campos jactabant undique inanes :
Tum laeti obscuro pariter se carcere promunt ,
Ultoremque Deum supera ad convexa sequuntur ,
Sedibus ut placidum degant stellantibus aevum.
Felices animae ! gens jam defuncta periclis
Humanis , secura operum , secreta laborum.

Primus it ipse hominum generis pater ante , nec ora
Conscius antiquae noxae audet tollere coelo :
Primores procerum inde alii , non vana futuri
Pectora , queis nivea velantur tempora victa.

Ingemuere illi , quos ob commissa cremandos
Sorbet in abruptum , fundoque exercet in imo
Tartarus , eructansque incendia dira caminus ,
Unde animis miseris nullo patet exitus aevo :
Praecipue rex ipse aulae illaetabilis alto
Cum sociis moerens ducit suspiria corde ,
Et fortunatis sedem , quam liquerat ipse ,
Invidet aethereum furiis immanibus actus.

XLVII.

Dicean così ne' muti campi ; e 'l diro
Bujo soggiorno abbandonâr d' esiglio ,
A occupar gli alti seggi , e , inver l' Empiro
Tutt' ilari partendo , il Divo Figlio ,
Il sempiterno Vindice seguiro.
Gente beata ! d' ogni uman periglio
Illesa alfin , dell' opra sua secura ,
Scevra da pene , da fatica e cura.

XLVIII.

Incede antesignan , cui segue tutto
L' esercito de' Giusti , Adam , quel desso
Onde fu in terra il seme uman produtto ;
Ei memorando l' esecrato eccesso ,
Inchini ha i lumi da rossor condutto :
Poi vengono colòr cui fu concesso
Vaticinare il ver , di bianchi lini
Le tempia avvinti ed i canuti crini.

XLIX.

Rimane altronde a lagrimar la gente ,
Che 'l Tartaro pe' falli inchiude , e preme
Nel cupo fondo edace fiamma ardente ,
Donde lassa ! d' escir non ha mai speme :
Ma il truce e nero regnator furente
Co' soci suoi più si disdegna e geme ;
E invidia il seggio al fortunato stuolo ,
Che per colpa ei lasciò voto nel Polo.

Illi iter ad coeli debentia regna tenebant,
Digna Deo ultori passim laeto ore canentes;
Felices animae, quibus est in saecula vitae
Jam nunc parta quies, praeclusaque janua leti.

Applaudunt volucres purum tranantibas aurae:
Subsidunt Euri; fugere ex aethere nimbi;
Arridetque procul clari liquidissima mundi
Tempestas: coelo arrident rutila astra sereno:
Assurgit matutinis aurora volucrum
Cantibus, assurgit rubefacta vesper ab aethra.

Atque ea dum longe vastum per inane geruntur,
Jam lux Eois properabat tertia ab oris;
Et Pater omnipotens Nato immortalia membra
Illustrans penitus, divinum afflavit honorem,
Quodque fuit mortale modo, et violabile corpus,
Immortale dedit: non tanta luce sereno
Sydera clara polo, non aureus ipse nitet sol.

L.

Quegli pertanto al sommo Ciel, condegno
Eterno premio al ben oprar vivendo,
Per l' etereo sentiero a sì bel regno
Giulivi progrediscono, mescendo
Inni al gran Dio Liberator lor degno.
Alme felici! per cui l' uscio orrendo
Di morte è chiuso, a nova vita e pace
Surte immuni tuttor dal tempo edace.

LI.

Lieve Zefiro alleggia il lor tragitto:
Il turbine s' arresta, e puro è 'l Cielo:
Loro arride tepor ch' al Mondo è fitto,
Lunge il fervido Sol, sgombrato il gelo:
Da chiare stelle il firmamento scritto
Tutto lucido appar, nudo di velo:
D' augelli al suon la mattutina luce
Sorge, e rosea la sera Espero adduce.

LII.

Quando ciò fassi in su l' aëreo vano,
S' affretta il terzo Sol da' lidi Eoi:
Ecco irraggiando il Padre Dio Sovrano
L' Almo Figliuol, del divo onore i suoi
Membri ricolma; e 'l fragil velo umano,
Passibil già, rende immortal da poi:
Sì che tanto fulgente a Ciel sereno
Unqua non fora il Sol, nè gli astri fieno.

*

Ceu qui per noctem imposito cinere obrutus ignis
Delitet, et nusquam tecto se lumine prodit;
Si quis cum flabris exsuscitet arida circum
Nutrimenta serens, subitis ad tecta favillis
Emicet, et totas lustret splendoribus aedes.

Talis, ubi turpe irrepsit senium, unicus ales,
Congessitque sibi ramis felicibus altum
Summo in colle rogum, posuitque in morte senectam,
Continuo novus exoritur, nitidusque juventa
Effulget cristis, et versicoloribus alis:
Innumerae circum volucres mirantur euntem:
Ille suos adit Aethiopes, Indosque revisit.

Jamque adeo in terris hominum miranda paventes
Terruerant animos visa: umbris orbe fugatis,
Sole recens orto moestissima Magdalene
Amissi desiderio perfixa Magistri,
Cum sociis ibant prima sub luce,

LIII.

Siccome avvien, se fra tenèbre giaccia
Sotto cenere il foco ascoso, e lume
Unqua non dia da la velata faccia:
Se poi talun col ventilar l'allume,
E più con esca a l'infiammar si faccia,
Esso cacciando di faville un fiume,
Tal fiamma innalza risplendente intorno,
Che al bujo tetto riconduce il giorno.

LIV.

Così quel raro augel, cui prema ambascia
Di morte per vecchiezza, in su d'un monte
Alza di olenti rami un rogo, e lascia
Sua lunga etate col morir: poi pronte
Riedon l'aure di vita, e splende, e fascia
Un cangiante color l'ale e la fronte:
Mira l'alato stuol, che sorge; e quindi
Quello vola a veder gli Arabi e gl'Indi.

LV.

Al fatto atroce, a più d'un rio portento
Già il popol tutto attonito rimaso,
Era pieno d'orrore e di spavento:
Ma spinte al terzo dì l'ombre a l'Occaso,
Maddalena, ch'avea mai sempre intento
Al suo Duce il pensier nel mesto caso,
Giva in sul primo albor col pio drappello
Dell'afflitte compagne al muto avello.

ferentes
In gremiis molles patriae felicis odores,
Myrrhamque, et costum, spicaeque unguenta cilissae,
Supremum tumulo munus; varioque serebant
Multa inter sese tristes sermone per agros:
Nos miseras, quas non secum lacrymabilis Heros
Duxerit ad letum! Vigiles qui fallere nobis
Custodes dabit?

Aut quis grandia saxa sepulchro
Evolvet clauso, ut saltem fungamur inani
Munere, deserto solventes debita busto?
Talia fundentes tumulum venere sub ipsum,
Jactantesque oculos faciles huc plurima, et illuc,
Milite conspiciunt collem, et custode vacare,
Claustraque mirantur secum patefacta sepulchri.

Accedunt: at ubi tumulum conspexit inanem,
Naribus unde ingens fluctus se evolvit odorum,
Hoste putans clam sublatum pulcherrima virgo
Flebat, inornatum vellensque a vertice crinem,
Et nemora, et montes gemitu, sylvasque replebat.

LVI.

Odoriferi aromi e mirra e costo
E unguento di Cilicia in grembo avièno,
Ultimi doni a chi fra tomba è posto;
E sì dicendo nel cammin venièno:
Misere noi! seco l'Eroe ben tosto
Oh ci avesse a morir condutte almeno!
Chi mai ci additerà, come si possa
Deludere la scolta a l'atra fossa?

LVII.

Chi vigor ne darà, giunte a la soglia,
A schiudere l'avel di sassi ingenti;
Tal che possiamo su l'esangue spoglia
Uffizi di pietà recar piagnenti?
Sì parlando, colà tra amara doglia
Pervennero, e girando i lumi attenti,
Sgombro il colle mirâr d'ostile scolta,
La tomba aperta e la gran pietra svolta.

LVIII.

S'avvicinaro; e in riguardar sorpresa
(Poi che vota la vide, e sol n'escìa
Grato olezzo onde fu tutta compresa)
La vaghissima donna allor, Maria,
Forte temendo, non avesse presa
La santa salma la feral genìa,
Svelse l'inculto crin, pianse, e di meste
Grida i monti colmò con le foreste.

Cui juvenis subito effulgens in vestibus albis,
Aligerum genus, et coeli de gente: Quid (inquit)
Quaeritis, o matres? longo jam parcite luctu;
Atque animis moestum tandem revocate timorem:
Laetitiam certa jam spe praesumite vestram.

Quandoquidem, quem vos adeo lugetis ademptum,
Funestaeque trabi fixum, ut scelus omne piaret,
Vestraque sponte sua deleret crimina morte
Unus pro cunctis, Erebi jam rege subacto,
Manibus ex imis has rursum lucis in oras
Victor iit, superaque etiam vescitur aura,
Corporis ablutus quaecunque obnoxia morti.

Haec ait, et nubi volucer se immiscuit atrae.
Ipsa etiam res ecce oculis oblata repente
Firmavit dubiumque animum, tenebrasque resolvit:
Namque morae impatiens, atque acri saucia amore
Dum virgo sedet, ac miratur inane sepulchrum,
Artificumque manus,

LIX.

Ma un fulgido garzon di vago volto,
Celeste abitator fra genti alate,
Repente apparse in bianco velo avvolto,
E imprese a favellar: Che mai cercate,
Afflitte donne? il grave duol fia tolto
Che vi penètra il sen: su via, fugate
Ogni tristo timor che v' ange e preme:
Or reca ilarità secura speme.

LX.

Chi voi dolenti infra crudeli affanni
Spento piagnete in sul funereo legno,
Che assunse riparar gli umani danni,
Già domo il reggitor del nero regno,
A chiara luce de' Tartarei scanni
Uscì novello vincitor ben degno;
Ed or quest' aure respirando pasce,
Non più soggetto a le letali ambasce.

LXI.

Ciò detto appena, quei di là partissi,
Volò rapido, e in nube si ravvolse.
Ancor l' obbietto che a la vista offrissi
A' sensi addutti la dubbiezza tolse:
Chè, intollerante d' ogni indugio, infissi
Mentre colei che sommo amor sconvolse
Ha i lumi al voto avel di pregio altero,
Sculto il fatto vi scorge in bel mistero.

videt ipso in marmore fictum
Littus arenosum, porrectum in littore piscem,
Fluctivomum, ingentem, nant aequore qualia in alto
Mole nova ignaros nautas terrentia cete;
Monstrum turpe, atrum, spatiosi bellua ponti,
Cujus ab undivomo vates imperditus ore
Redditus aereas rursum veniebat ad auras.

Tum secum: Superi nunc, o, nunc visa secundent
Praesentes: veterum agnosco non vana futuri
Signa, inquit: nempe, ut monstri deformis in atro
Tres vates latuit luces, tres gutture noctes
Ingluviem passus, vastaeque voraginis antrum;

Sic Heros multum ad superos defletus amicis,
Inclususque cavo saxo, terraque sepultus
Delituit, saepe ut (memini) praedixerat ipse,
Ad coelum rediit, saxumque reliquit.

LXII.

Vede un pesce disteso in su l' arena
Ivi espresso versar da bocca l' onde ,
Smisurato così , come balena
Che ad ignari nocchier lunge da sponde
In vasto mare alto terror ne mena :
Ingente mostro , paventevol , donde
Commisto a' flutti il santo Vate esciva
Tutto illeso a nov' aura in su la riva.

LXIII.

Poscia dicea fra sè : Presente Dio
Omai seconda l' ammirate cose.
Chiari i segni conosco e ben vegg' io
Che più d' un Padre in profetar n' espose :
Chè come il Vate in chiuso sen del rio
Mostro feral malgrado suo s' ascose
Tre notti e dì , di quella bocca immensa
Sofferto avendo l' ingordigia infensa :

LXIV.

Egual tempo così nascoso il Forte ,
L' inclito Redentor quivi sotterra
In cavo marmo , per cui cruda morte
Il seguace suo stuolo ancor disserra
Largo pianto , onde son le luci absorte ,
N' evase intatto alfin , lasciò la terra ,
Com' Ei (rammento) ci predisse , e in vita
Già ritornò , deh ! quanto a noi gradita.

Talia versanti subito sub imagine falsa
Ignoti agricolae sese Deus obtulit ipse,
Et tumulum juxta astabat; mox farier orsum
Virgo amens animi agnovit, conversaque luce
Respicit ecce nova illustrem, radiisque coruscum.

Corruit, ac genua amplexans satis ora tueri
Clara nequit, corpusque oculis obit omne volutis,
Et moestum aspectu saturavit amorem:
Continuo tristi penitus de pectore moeror
Omnis abit, rediitque decor suus illicet ori
Marmoreo; sed adhuc turgentibus humida gemmis
Lumina, inornatique fluunt per colla capilli.

Sic ubi rore madens pluvio rosa languida honestum
Demisit caput, atque comam largo imbre gravatam;
Tum si purpureo sol lumine vestiat arva,
Et redeat madido facies innubila coelo,
Protinus attollens sese rursum illa resurgat,
Puniceique sinus divinum pandat honorem.

LXV.

Mentre tai cose memorava ansante ,
Ecco da ignoto contadin lo stesso
Suo diletto Signor ne vien parlante
A un tratto , e stassi al voto avel dappresso :
Attonita il conosce al primo istante
Che 'l divo labbro un solo accento ha espresso ;
E Lui rivolta folgorar lo vede
Di viva luce de l' eterea sede.

LXVI.

Al suol prostrata le ginocchia abbraccia ,
E abbassa i lumi , il fulgido chiarore
Incapaci a soffrir dell' alma Faccia :
Del dolce aspetto il suo dolente amore
Rende pago , e così tosto discaccia
E dal viso e dal sen l' alto dolore ;
Ma ha gli occhi ancor d' umide perle ornati ,
E dal biondo suo crin gli omeri ombrati.

LXVII.

Qual vaga rosa da rugiada pressa ,
Languida inchina l' onorevol testa
E 'l gravato suo crin per piova spessa ;
Se poi gli umidi campi il Sol rivesta
Della luce ch' aveva in pria dimessa ,
E indossi il Ciel la rifulgente vesta ,
Ella ratto risorge , e 'l bel sereno
Ostenta tutto del vermiglio seno.

Talis erat posito virgo pulcherrima luctu.
Ardet amans ipsum affari Regemque, Deumque,
Et coram solitas haurire, ac promere voces:
Dum trepidat, quae prima haerens exordia sumat,
Mortales visus adopertus nube reliquit.

Fama Palaestinas subito haec impleverat urbes:
Jamque sacerdotes trepidare, et quaerere, si qua
Multiplici vulgi sermoni occurrere possint,
Rumoremque astu premere, atque estinguere famam.
Custodes busti in primis, qui cuncta canebant,
Muneribus superant, subiguntque haud vera profari,
Sublatum furto intempesta nocte cadaver.

Sed non ulla datur verum exuperare facultas.
Quoque magis tendunt serpentem sistere famam,
Amplius hoc volat illa, omnemque exuscitat oram.
Sunt etiam, qui se ore canant vidisse patentes
Sponte sua tumulos, multosque exisse sepulchris,
Quorum jampridem tellus acceperat ossa.

LXVIII.

Spento l' amaro duol, tal comparia
Colma di santo amor l' immagin bella.
Gli affetti a Lui come Sovran vorria
Spiegarne, e udir la solita favella;
Ma mentre è incerta, e quai pensier potria
Esprimer pensa titubante, Ei quella
Apparenza mortal lascia ben tosto,
Di densa nube in chiuso vel riposto.

LXIX.

Squilla la fama in la Giudea repente;
E sbigottiti i Sacerdoti il freno
Vonno opporre frattanto, e astutamente
Il grido al vulgo soffogarne appieno:
Fansi con doni a s'adescar la gente
E' costodi che già parlato avièno,
Astringendoli a dir, che fosse presa
Fra tenebre la salma e altrove resa.

LXX.

Ma potere niun mai vince il vero.
Quanto a fama tarpar più tentan l' ale,
Quella innalza il suo vol tanto più altero,
E le città della Giudea n' assale.
Taluni, arrogi, a divulgar si diero,
Aver visto vagar più d' un mortale
Fuor di tomba, ove l' ossa il suolo in pria
Lunga età nel suo sen tenute avìa.

Interea socii, quos in diversa paventes
Jamdudum terror longe disjecerat omnes,
Tabescunt moesti: coelo cecidisse videtur
Omnibus extinctum aeterna caligine solem,
Et penitus mundo jucundum lumen ademptum.
Tandem conveniunt; et adhuc loca nota frequentant,
Tectaque, quae vivo sibi quondam Rege fuissent
Dulcia, sed casu nunc desolata recenti.

Dux nusquam: miseris nusquam datur illa tueri
Ora, illosve oculos aspectu luce serena
Jucundos magis, aut coelo radiantibus astris;
Et cunctis nomen dulce obversatur ad aures.
Aegrescunt moesti: squalent circum omnia luctu.

Haud secus atque olim exemit cum subere pastor
Caerea dona cavo, vacuumque alveare reliquit:
Tunc etiam, fumus quas longe dispulit ater,
Hinc illinc glomerantur apes, et inania frustra
Tecta adeunt denso volitantes agmine circum,
Direptosque favos aegre, populataque passim
Mella vident nequicquam hyemi congesta futurae.

LXXI.

Il seguace drappel da tema intanto
Avvilito che al cor fe grave imprenta,
Qua e là disperso si struggea nel pianto:
Gli sembrava nel Ciel la luce spenta,
Eterno all' Orbe il tenebroso ammanto.
S' unisce alfin: quei tetti pur frequenta
Che gli eran dolci un dì, vivo il Signore;
Ed or sedi di lutto e di dolore.

LXXII.

Unqua non si rinvien più il caro Duce;
Nè a' miseri mirar quel viso è dato
E i sereni suoi rai più che la luce,
Più che fulgide stelle in Ciel: l' amato
Nome solo si sente, e ognun s' induce
A ripeterlo; e langue il cor piagato:
Intorno intorno appar d' orrido lutto
Per l' intenso dolor vestito il tutto.

LXXIII.

Non altrimenti, se un castaldo i favi
Col liquido licor lungi ritrasse,
E l' api il fumo discacciò da' cavi:
Di qua, di là s' aggruppano le lasse,
E riedono, ma invan, dolenti, e gravi
In densi stuoli a le fumose casse,
Che veggion vote appien del dolce mele,
Raccolto già per la stagion crudele.

Ecce viros autem tali moerore sepultos
Attonitae miris matres rumoribus implent,
Vidisse aligeros coeli de gente ministros,
Regem ipsum vidisse novo fulgore micantem,
Et vacuum porro tumultum, vestesque relictas.

Protinus ergo alii montis petere ardua cursu
Contendunt rapido festini, ubi inane sepulchrum:
Ast aliis incredibile, ac mirabile visum,
Et primo ancipites delusos credere matrum
Effigie pavitantum oculos, et imagine falsa;
Ut nobis saepe in somnis spectare videmur
Absentum vultus, simulacraque luce carentum.

Donec sera illis sub luce in tecta coactis,
Ingrediens sese ostendit manifestius Heros,
Voce, habituque Deum confessus imagine nota,
Divinum toto jaciens de corpore lumen.
Hinc Thomas aberat Didymus vicina pererrans
Oppida, quo metus impulerat, duce nuper adempto.

LXXIV.

Mentre ne stan fra tanto duol nefando,
La schiera feminil repente arriva,
E di strano romor gli empie, narrando,
Aver veduto dell' eterea riva
Spirti alati all' avel; ch' anzi il mirando
Lor Maestro Divin ch' alto feriva
Con novello splendor; la tomba stessa
Vota di salma, e 'l bianco lino in essa.

LXXV.

S' affrettano taluni, e ov' è l' avello
Portan rapido allor sul monte il piede:
Altri, cui par non mai credibil quello
Mirabile portento, è in forse, e crede
Che falsa immago al feminil drappello
Possa i lumi ingannar, come si vede
Da chi sogna talor viva la faccia
D' un assente o di chi sepolto giaccia.

LXXVI.

Finchè insieme raccolti a tarda sera,
Entrando l' Almo Redentor nel tetto,
Manifestasi al suon della sua vera
Dolce voce, alle mosse e al noto aspetto,
E diffonde un chiaror dell' alta sfera.
Manca de' soci infra lo stuol diletto
Sol Didimo, per tema ancor vagante
Dopo il morir del Duce suo prestante.

*

Isque ubi dein rediens est sacrae redditus urbi,
Acceptusque domo, socios videt ecce recenti
Attonitos casu, ac caeco terrore silentes:
Quales aut templum, domini aut ubi divitis aedes
Marmoreas petiit ruptis de nubibus ignis,
Terrificisque locum implevit splendoribus omnem,
Stant intus pavidi cives: quatit omnibus horror
Pectora; vix longo post tempore corda residunt.

Obstupuit visu ignarus, causamque requirit,
Et socios dictis Didymus demulcet amicis:
Quem senior Petrus amplexus, lachrymisque profusis,
Menti caniciem humectans, sic denique fatur:
Vidimus (o jam nos felices!) vidimus ipsum,
Ut soliti, regem spirantem, aurasque trahentem,
Caelicolûm Regem, qui nos modo morte reliquit.

Haec ait; exultànsque animo coelum usque tuetur.
Ille autem (neque enim narranti talia credit)
Ipsene rursus, ait, coeli hoc spirabile lumen
Aspicit? an potius simulachri apparuit umbra,
Atque oculos fallax vestros elusit imago?
Immo, ait, illum ipsum, divino, illa ipsa gerentem
Vulnera,

LXXVII.

Tosto ch' ei riede a la Città sacrata,
E s' accoglie colà, rinvien silente
E oppressa da terror la pia brigata:
Come colôr, cui fulmine repente
Al tempio o in la magion di marmi ornata
Assalga e irraggi d' atra luce ardente,
Stanvi attoniti tutti, e 'l rio timore
A gran tempo ne lascia e a stenti il core.

LXXVIII.

Del caso ignaro e stupido nel volto
Di cotanto terror ragion dimanda,
E' suoi compagni è a serenar rivolto.
Piero da' raî gran lagrime tramanda
Alla candida barba, e 'l socio accolto
Con amplesso, gli dice: Oh qual miranda
Vista avemmo non guari! il nostro Dio,
Come vivo testè, tal apparìo.

LXXIX.

Sì parla il Veglio, e lieto il Ciel rimira.
Ma quei che nol credea: Fia ver? Colui
Novell' aura vital dunque respira?
Falsa immago n' apparve od ombra, e a vui,
Mentre il dolente cor tanto desira,
Deluse i sensi ottenebrati e bui?
Piero soggiugne: Scorto abbiam quel desso
Duce Divin da tante piaghe oppresso.

et antiquam servantem corpore formam
Vidimus, ac veros manibus tractavimus artus.
Vidi, oculis vidi ipse meis, et vulnera novi.
Vesper erat, clausaeque fores, clausaeque fenestrae;
Nos intus pavidi latitare, et corpora victu
Curare, ac positis moestis discumbere mensis.

Ecce autem tecti in mediis penetralibus ipse
Improvisus adest, et inobservabilis Heros
Effulget clausis ingressus limina portis;
Improvisus adest, inopinaque gaudia portat.
Continuo ad lucem visum tectum omne cremari;
Nos trepidare animis, subitoque horrescere visu
Attoniti: verum ille metus, vanumque timorem
Increpitans vetuit trepidos exurgere mensis.

Ipse ego sum: pacem unanimes agitate, metusque
Solvite: tentandosque dabat simul omnibus artus,
Vulneraque insigni quae corpore quina gerebat.
Quin etiam parcis nobiscum occumbere mensis
Non fugiens, solito est de more locutus,
Ceu mortalis adhuc, quae verba novissima nuper
Ad mortem properans nobis memoranda reliquit:
Tum demum liquidis abiens se immiscuit auris.
Haec Senior; sociique eadem simul ore canebant.

—

LXXX.

La sembianza real videro i raî,
E toccaro le man le membra infino:
Il vidi, il vidi io già; tutte sguardai
Le impresse piaghe al Corpo suo divino.
Chiuse le porte e le finestre, omai
Era notte, e all' Occaso il Sol già chino;
E dentro in serbo tutti ancor timenti,
A posta mensa sedevam dolenti.

LXXXI.

Quand' ecco in mezzo s' appresenta il Duce
Fulgido e inosservato a porte chiuse:
Egli improvviso la letizia adduce.
Tosto all' alto fulgor che si diffuse
Questa sala avvampò: noi in tanta luce
E a portento cotal che ci confuse
Inorridimmo; ma la tema infensa
Ei sgridando, vietò lasciar la mensa.

LXXXII.

Non temete, ch' io son, ci disse, e sia
Con voi la pace. A palpeggiar ci porse
Poi le membra e le piaghe ancor ch' avìa:
Anzi assiso a la mensa Ei pur discorse,
Come vivo mortal soleva in pria,
E' gli ultimi ricordi a noi riporse:
Alfin disparve infra liev' aure immesso.
Sì Piero; e gli altri ripetean lo stesso.

Nec dum finis erat verbis, cum protinus ecce
Cum clamore ruit Cleophas, fidissimus unus
E multis, quos bissenis conjunxerat Heros,
Atque haec dicta dabat: Vos, o, jam solvite luctu:
Vivit adhuc, socii, leti jam lege solutus:
Vivit adhuc: vidi his oculis, vidi ipse, Deique
Auribus his ausi vocem, consuetaque verba.

Audiit hic etiam mecum, viditque loquentem
(Atque manu, nutuque propinquum Ammaona signat).
Nam modo forte animis moesti dum incedimus ambo
Qua se demissi incipiunt subducere montes,
Extulit aereas Emaus ubi turribus arces;

Advena in ignota nobiscum veste profectus,
Externosque gerens habitus comes additur ultro;
Taedia dumque viae vario sermone levaret,
Interdum eruptis roramus fletibus ora,
Et gemitus imis dolor exprimit ossibus ardens:
Ille aegros dictis solari, et quaerere causas
Crebra resurgentis luctus.

LXXXIII.

Quando ancor si parlava, entrò veloce
Un de' molti discepoli che Cristo
A' dodici n'aggiunse, e alzò la voce,
Clëofa assai fedel: Deh! fine al tristo
Duolo sia dato e a la mestizia atroce.
Ei vive già: risorse alfin: l'ho visto
Co' proprii lumi, e' sensi suoi cortesi
Con questi orecchi ïo ben distinti intesi.

LXXXIV.

Anche il vide, e l'udì parlar costui
(E disegna con cenno e con la mano
Il compagno Amaon vicino a lui).
Da intenso duol, non interrotto e insano,
Non ha guari, andavam pressi ambedui
Ove crescono i monti a mano a mano,
Ed Emmaus le rocche all'aure estolle,
Alta poggiando al più sublime colle.

LXXXV.

Un peregrin d'ignota banda escito,
Al portamento sconosciuto e al manto,
Con noi s'avvia da sè medesmo unito,
Ed un vario parlar ne mesce intanto
Nel nojoso cammin per l'erto lito:
Mentre il seno c'irriga amaro pianto,
E singulti diffonde il mesto core,
Ei chiede la cagion del rio dolore.

Nos ordine cuncta
Pandimus, atque Ducis letum crudele profamur,
Quo moriente simul perierunt gaudia nostra:
Ut factis, verbisque animos spe arrexerit ingens
Ingenti; sed dein nos morte fefellerit omnes.

Non pudet, o, semper caecos, et lucis egentes?
Nonne Ducis vestri quondam crudelia vates
Funera praedixere omnes, casusque nefandos,
Tot veterum monimenta docent, haud credita vobis?

Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse
Unus pro multis, patrias quo flecteret iras,
Atque iter ipse suo signaret ad astra cruore.
Haud ita vos ille erudiit? nam saepe futura
Haec eadem de se longè ante retexit amicis:
Atque equidem, memini, nuper media urbe canebat;
Obscura sed verborum rem ambage tegebat.

LXXXVI.

Al che noi, raccontiam per ordin tutto,
Qual' aspra morte il buon Pastor patisse;
Come, Lui spento, inconcepibil lutto
I nostri petti tosto allor ferisse;
E come ognun, a bella speme indutto
Sì da' suoi fatti che da' detti, or gisse
Deluso appien pel barbaro morire.
Ei più sensi non ode, e imprende a dire:

LXXXVII.

Tuttor ciechi così! tanto insensati!
Non vi pinge il rossor, dementi, il viso?
Non predissero già più sacri Vati,
Che 'l diletto Pastor perisse anciso?
De' duri casi suoi, d' orrendi fati
Tanti vostri maggior non diero avviso;
Non mostrarono già tutto patente?
Non anco a ciò la vostra fè consente?

LXXXVIII.

Ei s' offrì da sè stesso al curvo telo
Della morte, a placar l' Eccelso offenso,
E a tracciare il sentier col sangue al Cielo.
Non v' istrusse di ciò? più fiate ostenso
Ha tal tristo avvenir, rimosso il velo,
A' suoi più fidi: e non ha guari (il senso
Celato sì sotto d' arcano detto)
Ei medesmo in Città l' avea predetto.

Nunc autem manifesta patent, nunc omnia aperta,
Nube palam ablata; nec spes fovistis inanes.
En rex, qui positas conseverat ordine vites,
Praetendens sepem insidiis hominumque, ferarumque;
Omnibus immissis incassum ex urbe ministris,
Quos leto dedit insontes manus effera agrestum.

Demum infelices natum ipsum misit in agros
(Nam Pater omnipotens post tot fera funera vatum
Ipse suum jussit Natum descendere olympo):
Ecce Palaestini furiis immanibus acti
Natum etiam hauserunt crudeli funere herilem.

Haud impune tamen: rex urbe ultricibus armis
Jam jam aderit, flammisque feros agitabit agrestes,
Et pangenda aliis credet vincta colonis.
Sic fatus, coepit voces ex ordine vatum
Obscuras, veterumque evolvere facta parentum
Cuncta, docens letum Christo crudele minari,
Quo mortale genus tenebris educeret atris.

LXXXIX.

No, che la speme non nudriste invano:
Ecco, scissa la nube, il Sol chiarito.
Vè, chè mirasi già, vè quel Sovrano
Ch' avea di viti pampinose ordito
E assiepato un terren contra il villano
Guasto d' uomini e belve; e poi spedito
Uno stuol di ministri, ahi lassi! furo
Dal vulgo uccisi dispietato e duro.

XC.

Alla fine il figliuol di quel podere
Mandonne al malagevole governo
(Chè 'l suo Figlio Divin, viste le fere
Stragi de' Vati il Genitor Superno,
Discendere fe giù da l' alte sfere):
Ma una morte feral con alto scherno
I Palestini, da crudel furore
Incitati, ne diero al lor Signore.

XCI.

Non impune sarà l' empia genia;
Chè con armi e con foco il Re vendetta
Farà pien di furore, infin che fia
Data a novi cultor la vigna eletta.
Sì dice; e a diradar la tenebria
De' fatti aviti e del predir s' affretta,
Onde chiarisce appien, ch' avesse morte
Cristo, l' alme a ritor dall' ombre absorte.

Ut clara antiquis portendi haec omnia signis
Monstrabat ratione, oculis caligine abacta!
Ut nostros mira inflexit dulcedine sensus!
Ut resoluta novo ardebant praecordia amore!
Qualiter aut aeris rigor acri solvitur aestu,
Aut glacies concreta novo sub sole liquescit.

Non illum tamen immemores agnovimus ante,
Quam ventum ad sedem, parvamque subivimus urbem.
Namque iter ulterius fingentem, seque ferentem
Longe alias sedes petere ambo oravimus, iisdem
Nobiscum haud asper tectis succederet hospes:
Id quoque praecipiti suadebat vesper olympo,
Jam piceo terras infuscans noctis amictu.

Paruit, et mensas comitum est dignatus egenas.
Ut primum fruges tostas, cerealia liba
Attigit, et solito fregit de more, repente
Nox abiit: tandemque oculis lux reddita nostris.
Agnosco, et supplex manifestum Numen adoro;
Sed subito volucres abiens, ceu fumus, in auras
Respuit humanos visus, sensusque refugit.

XCII.

Com' Ei mostrava con ragion patente,
Che volesse mai dir ogni figura
Delle trascorse età, sgombra la mente
Che c' era tanto ottenebrata e dura!
Ah! che i sensi piegò soavemente,
E arse il core d' amor: come non dura
Al foco il bronzo, ed in bruciar si fonde;
O come il ghiaccio al Sol si scioglie in onde.

XCIII.

Ma smemorati pria d' aver ricetto
Nella città nol ravvisammo ancora.
Poi che altrove fingendo andar diretto,
E d' albergo lontan voglioso, allora
Noi volgemmo Lui prieghi il comun tetto
A onorare d' ospizio; ù pur dimora
Consigliavane già notturno velo
Ch' omai la volta ricopria del Cielo.

XCIV.

Venne, e a povera mensa ancor s' assise:
Quand' ebbe tocco il pan di suo costume,
E quello a noi, come solea, divise,
Nostre menti irraggiò repente il lume.
Il riconobbi, e, al suol le luci affise,
A onorare m' accinsi il Santo Nume;
Ma a' nostri guardi rapido si tolse,
Qual sottile vapore al Ciel si sciolse.

Talia narrabat Cleophas; quae credita cunctis:
Vera negat Thomas, et coeptis perstat in iisdem.
Haec mihi (dicam iterum) nemo persuarit unquam,
Illum ipsum his oculis clara nisi luce videndum
Hausero, et his manibus nisi vulnera contrectaro.

Sic fatur: simul ecce Deus cum lumine largo
Improvisus adest iterum, sociosque revisit,
Et clausae mansere fores, mansere fenestrae.
Non aliter vitri, quod tectis summovet aureus,
Lumine sol penetrat splendentes aureus orbes,
Insertim radios jaciens in opaca domorum;
Nec tamen ulla viae apparent vestigia adacta
Luce, sed illaeso saepe itque reditque metallo.

Sternunt sese omnes terrae, genibusque salutant.
Ut vero Didymus manifesto in lumine vidit
Vulnera mostrantem, et se nomine compellantem,
Horruit, et prono confestim corruit ore,
Multaque se incusans animo sic denique fatur:
Vera mihi facies, verus Deus, omnia novi:
Haud equidem (fateor) vivum te credere quibam
Post obitus coeli hoc iterum spirabile lumen,
Has auras haurire.

XCV.

Ciò Clëofa narrò : tutti dier fede
Fuorchè Didimo sol a' sensi suoi ,
Che nel primo pensier saldo non cede.
Questo (ridico) no , ch' alcun di voi
Farmi creder non può , se non si vede
Dagli stessi miei lumi , e se da poi
Io queste dita non avrò confitte
Nell' alme membra al mio Signor trafitte.

XCVI.

A tai detti improvviso a' soci avante ,
Serrato il tetto , di gran luce adorno
Altra fiata n' appar l' Eroe prestante.
Così in chiusa magion conduce il giorno
Intromesso pel vetro il Sol raggiante :
Ei sovente penètra e fa ritorno ;
Ma tuttora rimane il vetro illeso ,
Nè segno lascia del sentier già preso.

XCVII.

Tutti prostesi al suol gli diero onore.
Ma Didimo in vederlo a chiara luce
Cennar le piaghe in faccia a lui , l' orrore
Tosto il prese , e inchinossi al sommo Duce ,
E gli disse così , dolente il core :
Tu vero Nume ; il volto tuo riluce :
Or conosco e 'l confesso , io non credea ,
Che l' almo Corpo nova vita avea.

Animo tua dicta labanti
Exciderant penitus, modo quae suprema dedisti.
Demens, qui te obita non posse huc morte reverti
Crediderim, cum quarta alios jam luce sepultos
Ad superas coeli nuper revocaveris auras:
Et memini, atque aderam; sed me mens laeva tenebat.

Forsan at haec tamen haud vestro sine numine tanta,
Credo equidem, venit dementia: forsitan olim
Proderit hic seris haesisse nepotibus unum,
Et manibus voluisse prius contingere corpus.

Talibus orantem Deus, et lux ipsa reliquit,
Nunc hos, nunc adiens alios, et pectora firmans:
Nec prius evasit mundi mortalibus oris,
Quam quater exoriens dena sol luce rediret.

XCVIII.

Dall' inferma mia mente i detti tui
Eran fuggiti e quanto infin dicesti.
Ahi folle! a dinegar costante io fui,
Che nostr' aura vital di nuovo avesti,
Quando non guari tu la vita altrui
Chiuso in avel da quattro dì ne desti:
Ora già mi sovvien, chè fui presente;
Ma s' involse in un vel mia lieve mente.

XCIX.

I sensi forse m' accecò finora
Tanta stoltezza, come ben cred' io,
Per sovrano tuo cenno; e forse ancora
Ne' secoli avvenir tal dubbio mio
A tarde genti gioverà talora,
Chè, palpando le membra all' Uomo-Dio,
Io mi volli accertar, ch' a' lumi avvinta
Illudesse non unqua immago finta.

C.

Sì dicendo, si tolse al suo cospetto
L' almo Signore, e lucido qual era
A questo e a quello di fortezza il petto
Avvalorava infra la fida schiera:
Nè lasciò questa terra e all' aureo tetto
Rapido mosse su l' eccelsa sfera,
Finchè il fulgido Sol le stesse vie
Quattro deche non corse a addurre il die.

*

Forte igitur Petrus, et socii vada salsa secabant
Remigiis lembum subigentes, dum sibi victum
Arte parant solita, piscesque in gurgite captant:
Et jam per totam vano quam longa labore
Defessi noctem frustra madefacta legebant
Retia; cum juvenem egregium videre liquentes
Fluctifrago tractus e littore prospectantem.

Nec primo agnovere Deum, divinaque membra,
Quandoquidem se mortali celaverat ore.
Ipse dehinc tali compellans voce natantes,
Dextram, ait, affectate, viri: huc appellite puppim:
Hac dabitur vanum non effudisse laborem.
Nec mora; praeceptis parent, dextraque per undas
Detorquent alacres cursum, nodosaque lina
Projiciunt; moti sonuit plaga caerula ponti.

Jamque senex tacito sociis Petrus innuit ore,
Auxilioque vocat, nutuque, manuque silentes,
Significans praedam innumeram: vix retia cuncti
Plena trahunt: capti saliunt per vincula pisces.
Sensit Joannes hic Numen; et, heus, prior inquit,
O socii, non fallor, adest Deus; ille magister,
Ille quidem: agnosco divinos oris honores.
Laetitiam ut jactat vultuque oculisque decoris!

CI.

A tutta lena un dì co' socii Piero
Remigando pescava in salso mare,
Il vitto a procacciar con tal mestiero:
Affaticati invan fra l'onde avare
Fino al mattin, dal liquido sentiero
Cominciavan le reti a ragunare;
Quando al lido rivolti, in un momento
Veggon vago garzon ver loro intento.

CII.

Non ravvisâr l'almo sembiante ancora,
Che celavasi sotto umana veste.
Ver la dritta torcete, olà, la prora
(Poscia lor dice), e 'l guiderdon s'appreste
A cotanta fatica. Il cenno allora
Eseguon già del Duce lor celeste;
Volgono a destra il corso, e restan lieti;
E mugghia il mare in abbassar le reti.

CIII.

Pel grave pondo a' soci suoi richiede
Col cenno il vecchio Pier silente aita:
Le colme reti di guizzanti prede
Ponno appena tirar con forza unita.
Giovanni qui del Redentor s'avvede,
E sclamando a' compagni ei sì l'addita:
Vè 'l Maestro divin: ben lo ravviso.
Qual letizia ne spira il suo bel viso!

Quod simul accepit Petrus, haud cunctatus ab ipsa
Desiliit rate, et aequoreas se jecit in undas,
Quo Regem salsos per fluctus primus adiret;
Quamvis multa timens gliscentibus aequora ventis.
Caetera deinde manus terrae advertuntur, et omnes
Remivaga siccum cupidi tenuere carina.

Tum victu ut vires revocent, cerealia mensis
Dona onerant jussi, vivosque in littore pisces
Una omnes torrere parant, succensaque pruna
Suggeritur circum: teter petit aethera nidor.
Ut compressa fames, surgit Rex optimus ipse,
Confessusque Deum sociis ita denique fatur:

Pacem optate, viri; pacem laudate quieti.
Salvete aeternum, socii, aeternumque valete.
Esto mei memores: ego claro poscor olympo.
Jamque adeo duris animos aptate, ferendo
Omnia.

CIV.

Ciò inteso il Veglio, ecco ch' i piedi ha addutti
Ratto da nave in mar, perchè ne gisse
Al suo Nume primier fra' socii tutti;
Benchè il vento che sbuffa allor venisse
Con sua temenza a tempestar quei flutti.
Il restante drappel, le luci infisse
Ove ardente desir forte sospigne,
Il naviglio colà vogando spigne.

CV.

Indi le forze a ristorar si para
Per comando la mensa, e 'l pan s' appone,
E tutta insiem la pia brigata a gara
Il preso pesce ad arrostir si pone:
Tosto il foco s' accende, e si prepara
Il cibo, e olezza al torrido carbone.
Spenta la fame alfin, la Prole Eterna
Svelatasi da sè tai sensi esterna:

CVI.

Della pace deh! siate, o soci, amanti,
E sue lodi tuttor placidi alzate.
In eterno salvete: a voi davanti
Or or mi toglierò: me ricordate:
A' regni il Padre fulgidi e stellanti
Già mi pressa a salir con sue chiamate.
Rendete il cor agl' infortunii adatto,
Soffrendo appien quanto sarà voi fatto.

Nec propius saevos adiisse tyrannos
Sit timor, atque duces affari, et vera monere.
Non vos majestas soliorum, aut sceptra superba
Terrificent regum lucis nil hujus egentes.
Haud longe tum quaerendum, quae tempora fandi,
Quis modus aptus : ego praesens adero omnibus, ora
Vestra regens : dabitur verborum copia cuique.

Nec coelo vires vos et solamen ab alto
Deficient : cum sol decimo jubar aureus ortu
Extulerit, Pater afflabit caelestibus auris,
Diffusumque animis numen divinitus addet,
Praeside quo freti, reges, rerumque potentes
Nil veriti, nostrum vulgabitis undique nomen.

Tum sanctum sese genus aurea tollet ad astra ;
Densus agens veluti laxis se palmes habenis
Luxuriat, foliisque simul, foetuque gravescit.
Denique, cum suprema dies illuxerit orbi,
Omnia ego eliciam patefactis ossa sepulchris,
Atque iterum in lucem emergent, quos terra tegebat.

CVII.

Non v' incuta terror severo aspetto
D' indomito tiranno o condottiere,
Franchi parlando, e in ammonir del retto.
Lo splendore del trono e 'l gran potere
De' Re non rechi unqua temenza al petto,
Mentre tendete al Ciel; nè fia mestiere
Trovar tempo agli accenti acconcio e modo:
Con voi sarò; le vostre lingue io snodo.

CVIII.

Fortezza vi verrà dall' Etra e lena:
Chè quando l' Orbe il Sol di luce investe
Da questo giorno dieci fiate appena,
Dall' alto soglio il Genitor Celeste
D' aure divine spirerà tal piena,
Che l' alme tutte di vigor vi veste;
Onde i Regi spregiando e mille Rome,
Ovunque andrete a promulgar mio Nome.

CIX.

A' fulgid' astri leverassi augusto
Un germe allor; siccome un tralcio adorno
Di pampini virenti e d' uve onusto
Su la vite s' estolle e scorre intorno.
Poi quando al Mondo reso infin vetusto
Orrido splenderà l' estremo giorno,
L' ossa trarrò da tombe, e saran tutti
Quei che terra copriva a vita addutti.

Hanc vallem, densa hos implebunt agmina colles,
Matres, atque viri, vixque hausta luce perempti:
Ipse ego jura dabo, mediaque in valle sedebo
Quaesitor, vitas populorum, et crimina pendens.
Vos etiam mecum bissenis sedibus ipsi
Sublimes mortale genus censebitis una,
Bissenaeque tribus gentis tum vestra subibunt
Arbitria; et vestros mirabitur orbis honores.

Interea, Petre, te (nulli pietate secundum
Novi etenim) his rerum summam clavumque tenentem
Praeficimus cunctis, ultro qui nostra sequuti
Imperia: hoc te praecipuo insignimus honore.
Tu regere, et populis parcens dare jura memento.

Summa tibi in gentes jam nunc concessa potestas.
Jamque pios tege pace: voca sub signa rebelles.
Quemcunque in terris scelus exitiale perosus,
Admonitum frustra, justa devoveris ira,
Colloquio absterrens hominum, coetuque piorum.

CX.

Queste piagge empiran femine e viri
E quei pur anco che perîr nascendo :
Qui la legge darò che tema inspiri,
Librando assiso scrutator tremendo
Di ciascuno la vita e' falli diri.
Su dodici sgabelli ancor sedendo
Voi tutti a giudicar meco sarete :
Il Mondo ammirerà l' onor ch' avrete.

CXI.

Te, Piero, intanto, cui niun precede,
Come vegg' io, ne la pietà fra tanti
Del caro stuol ch' a' miei precetti ha fede,
Capo n' eleggo e reggitor di quanti
Mi seguiranno : il mio voler concede
Tale incarco ed onor; tu sol lo vanti.
Reggere al ben le genti, e farle, o Piero,
Caute con dolce fren fia tuo pensiero.

CXII.

Fin d' ora avrai tanto poter, tal regno
Su' popoli : proteggi i giusti in pace;
E' rubelli richiama al santo segno.
Se ne' falli talun troppo tenace,
Avvertito, ma invan, merta lo sdegno
E 'l tuo rigore, e all' odio tuo soggiace,
Con prudenza fia pur d' ogni contatto
Degli uomini e de' santi allor ritratto.

Idem erit invisus coelo : non ille beatis
Sedibus aspiret, nisi tu placabilis idem
Dignatus venia meliorem in pristina reddas.
Jamque adeo tibi concessum mortalibus aegris
Claudere syderei portas ac pandere coeli.
Talia mandabat, terras, hominesque relinquens.

Sic natis moriturus oves et ovilia pastor
Commendans caris, furta, insidiasque luporum
Edocet, et pecori contraria pascua monstrat.
Sic sociis aevo jam fessus nauta biremem
Credit, inexpertosque docet varias maris oras,
Et brevia, et syrtes, et navifragas Syrenas.

His animadversis, totius lucida circum
Palmiferi nubes collis capita ardua texit,
Et curva aethereis fulserunt littora flammis.
Interea totum exercent nova gaudia coelum :
Alituum caelestum acies, sanctique volucres
Dant manibus plausus, et multicoloribus alis,
Instaurantque choros; fremitu aetheris atria fervent.

CXIII.

All' Empiro ei sarà pur anco inviso;
Nè gli è dato aspirare al Ciel convesso,
Se pria benigno il cor, pacato il viso
Miglior nol rendi col perdon tu stesso.
Dischiudere e serrar del Paradiso
L'alme porte così ti fia commesso.
Tai precetti il Signore alfin ne diede,
Dalla terra movendo all' alta sede.

CXIV.

Sì morendo un pastor suo gregge e ovile
Raccomanda, ed insegna a' cari figli
L'atra insidia di belva edace e ostile,
E de' paschi nocivi i rei perigli.
Così il nocchier, che per età senile
Cede a' soci il timon de' suoi navigli,
Mostra i liti del mar, e secche arene,
Le tanto infeste naufraghe Sirene.

CXV.

Quando tai sensi memorandi Ei rese,
Il palmifero colle intorno intorno
Splendida nube a coronar discese,
E 'l lido fu d'eccelsa luce adorno.
Nova gioja frattanto il Ciel comprese:
Gli Alati allor del fulgido soggiorno
Fero applausi con man, con pinti vanni,
E riscosse il cantar gli eterei scanni.

Pars pendent speculis, et propugnacula laeti
Coeli summa tenent, et moenia celsa coronant:
Obvia pars portis parat ire patentibus; et se
Quisque auris credunt, ac pennis aethera obumbrant.

Hi plectro indulgent, fidibusque: his tibia cantus
Dat bifores: alii cava cornua flatibus implent,
Raucisonasque tubas, et ahenea cymbala jactant.
Atque ubi ter Patris ad solium pernice chorea
Indulsere choris, ter ludo lucida regna
Lustravere, polique e vertice decurrere;

Non aliter sunt ingressi volucri agmine contra
Concentu vario, et multisono modulatu,
Quam prolapsa Remi cum nondum urbs alta jaceret
Tarpejaeque arces starent, lateque subactis
Jura daret populis rerum pulcherrima Roma,
Consul victor, ovans pugnatis undique bellis,
Intrabat rediens, Capitoliaque alta subibat.

CXVI.

Dell' eterna magion dall' ardue cime
Parte ne sta per rimirare intenta,
Librandosi su l'ale, e poi sublime
Cinge i merli e le mura appien contenta:
Parte cui amor più fervoroso opprime
Fuor le porte dischiuse i passi aumenta:
Godono intanto d' aleggiar nel Cielo,
Cui covre infin di tante penne un velo.

CXVII.

Questi toccano i plettri; e un dolce suono
Danno quegli da flauti ad essi uniti:
Da trombe e corni fragoroso tuono
Cavan altri e da timpani i muggiti.
Poi quando innanzi del Gran Padre al trono
Hanno tre balli celeri eseguiti,
E trascorsi del Ciel tre fiate i giri,
Prendon rapido corso in giù gli Spiri.

CXVIII.

Essi incontro al Signor con vol leggiero
In tal guisa ne vanno, e in suoni e canti,
Come quando ancor Roma all' Orbe intero
Reggendo il fren piena di glorie e vanti,
Tornato un condottier, fastoso e altero
Trionfator di popoli cotanti
Tra gli onori v' entrava, e mille evviva
Aveva allor ch' al Campidoglio ei giva.

Talis nubivago tendebat ad aethera gressu
Vera Dei soboles : ut vero flectere quiret ,
Iratus quoties Genitor mortale pararet
Exercere genus meritis ob crimina poenis ,
Omnia fert secum caedis monimenta nefandae.
In primis duplicemque trabem , infandamque columnam ,
Brachia cui vinctus tulit aspera verbera , et acres
Virgarum fasces , infectaque sanguine lora ,
Hastamque , et calamo pendentia pocula levi.

Tres deinde ingentes et acuta cuspide vectes
Cernere erat , quibus effossus palmasque , pedesque ;
Sertaque nexilibus vepribus conserta rigebant :
Illic et longo Romani signa senatus
Hastili suspensa , cavoque latentia cornu
Lumina , quod superas abies tollebat ad auras ,
Quamque manu Rex pro sceptro gestavit arundo.
Omnia quae pueri caelestes ante gerebant ,
Singula quisque , polique arcem per inane petebant.

Suspexere viri attoniti , acieque sequentes
Alituum nubem , ac Regem videre per auras
Tollentemque manus , coelique serena secantem ;
Cum subito rutila haec venit vox reddita ab aethra :
Ne trepidate : quid haeretis super alta tuentes ?
Cum Genitore Deus regnandum accepit olympum.

CXIX.

Sì la Prole di Dio nel Ciel salia,
E al Padre ognora ad acchetar gli sdegni,
Che 'l fallace mortal punir vorria,
Della dira sua strage ha seco i segni.
Vanno la Croce e la colonna in pria
Cui ligato soffrì martiri indegni;
Di sangue intriso ogni flagel crudele;
La lancia, e l' asta che Lui porse il fiele.

CXX.

Rimiravansi quindi i chiodi acuti,
Che forarono in Croce i piè, le mani;
I dumi in serto orribile tessuti;
All' aure i segni de' rettor Romani;
Su l' aste i cavi di più lumi empiuti,
E 'l finto scettro: su gli eterei vani
Tali oggetti recava inver le porte
Dell' eccelsa magion l' alata Corte.

CXXI.

Stavan in alto estatici guardando
I pii compagni da stupor compresi
L' almo stuol de' Celesti, e 'l Re Mirando
Secar co' bracci al sommo Ciel distesi
E l' aure e il bel seren dell' Etra; quando
Voce s' udì: Perchè mirar sospesi?
Non temete: va quivi infra le squadre
Il vostro Divo ad imperar col Padre.

Nec mora; carminibus coeli domus ardua longe
Auditur resonare, modisque per astra canoris.
Contra etiam plausere, atque haec alterna canebant
Laeta viri, coelumque oculis, animisque petebant:
Omnes, o, plausu, gentes, linguisque favete,
Atque Deum canite ascensu super alta tenentem.

Quadrupedum, volucrumque genus, mutaeque natantes
Exultent, tractus terrarum ubique patentes.
Ipsi dent montes, ipsa et dent flumina vocem
Laeta suam, et scatebris volventes flumina fontes,
Quodque ambit longis terras anfractibus aequor:
Cuncta suum agnoscant autorem, et carmina dicant,
Semper ut idem ingens regnavit originis expers
Cum Genitore Deo Deus, omnia numine complens.

Ut nullis mox principiis, aut semine nullo
Omnia condiderit, coelum, terrasque, fretumque,
Quaeque vago passim subsunt animalia coelo:
Ut terras ponto discluserit, aethera terris;
Luciferis coeli lustraverit atria flammis;
Tellurisque sinum variis appinxerit herbis;
Sufficiatque satis fruges, et vitibus almum
Humorem.

CXXII.

Da lunge a un tempo risuonar s' udiro
D' armonici concenti e d' inni e d' odi
Gl' immensi spazii del sublime Empiro.
Tutt' ilari i compagni in dolci modi ;
Là poggiando co' lumi e col desiro ,
A vicenda cantaro ancor le lodi :
Del gran Nume ch' ascende al Ciel veloce
A onor levate , o popoli , la voce.

CXXIII.

Gli ondosi abitator , gli augei canori
E i quadrupedi insieme esultin tutti.
Dieno i monti lor voci , e fian sonori
Del mar , de' fonti e di fiumane i flutti :
Inchinando il Fattor , rendangli onori ;
Cantino pur , che da niun produtti
Hanno il Figlio e 'l Gran Padre egual potere ,
Di sè stessi colmando appien le sfere.

CXXIV.

Ch' Egli a far senza seme e senza aita
Tutt' i Cieli e la terra e 'l mar si spinse
E gli animai che sotto all' Etra han vita :
Che dalla terra il mare , e 'l Ciel discinse
Dalla terra ; e che già rese chiarita
L' alta sfera di stelle ; il suol dipinse
D' erbe varie e di fiori ; e a biade e a vigne
Dolce umore istillò ch' ognor s' attigne.

*

Tu cuncta moves : tibi maximus aether ,
Quique super latices concrescunt aethere parent :
Nubila te , ventique timent : te vesper , et ortus
Observant , obeuntque tuo sua munera nutu ;
Et tibi monstriferi obsequitur plaga caerula ponti.

Tu manibus validis terrarum pondera libras ,
Atque gravem vacuo suspendis in aere molem ,
Rerum elementa locans aeterno foedere , ut omnia
Concordi in medium tendant nitentia motu.
Tu liquidas per inane vias is nubibus actus ,
Aurarumque sedens veheris pernicibus alis.

Non tibi tempus equis fugit irrevocabile adactis :
Semper idem ante tuos oculos , praesensque moratur ,
Quodque est , quodque fuit , simul et quod deinde se-
Ipse etiam parens tibi coeli in vertice fixus (quetur.
Sol stetit : ipsa etiam surgens in cornua luna ;
Atque suos penitus requierunt sydera cursus.

CXXV.

Tu il tutto movi; e di tua voce al tuono
Pronto il turbo ubbidisce e l' aura lieve
E l' onde insieme che sull' aër sono,
In grandine converse e in pioggia e in neve.
Ti temono le nubi e' venti; e prono
L' Occaso e l' Orto il cenno tuo riceve,
L' ordine serbando: al tuo volere
Piega il mar che rinserra orride fere.

CXXVI.

Colla possente man libri nel vuoto
Questo globo terrestre, e sì pendente
Tu lo serbi tuttor qui saldo e immoto;
Gli elementi però concordemente
Accoppiando diretti all' opra e al moto.
Solchi assiso a le nubi il Ciel repente,
E veleggi dall' un all' altro polo
In su l' ale de' venti in ratto volo.

CXXVII.

Il tempo che non riede ognor da presso
Vienti, co' suoi corsier bench' ei fugace:
Sempr' è davante a' lumi tuoi lo stesso,
Quello già assorto da l' età vorace,
Questo che corre e seguiranne appresso.
Rimase fisso il Sol diurna face
Al tuo cenno nel Cielo; e 'l lor cammino
Colla luna arrestâr le stelle infino.

Te mandante, suam vim saepe innoxius ignis
Dedidicit: pueri in mediis fornacibus astant
Illaesi, jactantque tuas ad sydera laudes.
Tu mare navigerum concreta dividis unda,
Et populis medios das ire impune per aestus.

Tu rapidos flectis ripis mirantibus amnes:
Tu largam tectis e cautibus elicis undam,
Idem largifluos fontes, et flumina sistens:
Ipsa tuo tremit aspectu conterrita tellus,
Quosque procul tangis fumant ad sydera montes.
Assurgunt reges pavidi, tibi sceptra, tibi arma
Deponunt, longeque tremunt, et Numen adorant.

Tu surdis aures, oculos tu lumine captis,
Et vocem mutis, et vires sufficis aegris.
Tu revocas in vitam, obita jam morte, sepultos,
Et rursum potes amissos accendere sensus.
Non te vis crudi perterruit horrida leti,
Non Erebi confusa domus, loca foeta timoris.

CXXVIII.

Sovente al tuo voler la fiamma ignita
La sua forza perdè, l'edace ardore:
In torrida fornace illesi han vita
I fanciulli, lodando il sommo Autore.
Tu l'Eritreo discindi, e, sì partita
E addensata quell'acqua in grave enfiore,
All'inseguito popolo fra l'onde
Rendi impune il passaggio in erme sponde.

CXXIX.

La fiumana per te le ripe atterra,
E altrove i flutti è a trasportar ben pronti:
A un tocco sol la roccia il sen disserra
E l'onda allarga: i fiumi arresti e' fonti.
Poi mirandoti sol, trema la terra:
Fumo e vampa daran, se tocchi i monti.
Onorando il tuo Nome, i Re tremanti
Porran l'armi e gli scettri a te davanti.

CXXX.

D'ogni senso che manca i ciechi integri,
I muti e quelli cui l'udir sia tolto;
E a' languenti vigor ne doni e agli egri.
Richiami all'aure più d'un uom sepolto,
E' perduti suoi sensi in lui rintegri.
Della morte feral l'atroce volto
Unqua non t'atterrì; nemmen l'oscura
Sede infernal che lo spavento addura.

Te manes tremuere: plagae regnator opacae
Umbrarum passim populantem immitia regna
Non tulit, atque imis trepidus se condidit antris;
Monstrataeque metu procul Eumenides latitarunt,
Dum superas praeda ingenti vehereris ad arces.

Nunc ubi jam victor regnas, Superûmque beato
Concilio imperitas; provisaque tempora longe
Disponens, reparas fugientia saecula mundo,
Nec requiesse sinis solis volventia lustra.
Salve Opifex rerum, vastique Salutifer orbis.
Aspice nos propius, propius genus aspice nostrum,
Morte tua patet aetherei cui janua olympi,
Et veteres tandem Pater obliviscitur iras.

Talia littorea laeti sub rupe canebant
Undeni proceres, omnisque effusa juventus.
Non tamen exuerant vanum inter tanta timorem
Gaudia, nondum animos firmati Numinis aura
Aetherea; sed adhuc latebras, cavaque antra petebant.

CXXXI.

Mirandoti laggiù l'alme tremaro:
E quando la magion dell' ombre eterne
Spopolasti, quel re di luce avaro
Nelle profonde orribili caverne,
Nol soffrendo, fuggì pel duolo amaro;
E vinte dal terror le Furie inferne
Sparvero ratte allor che immense prede
Teco traevi su l'eterea sede.

CXXXII.

Quivi tu vincitor negli aurei tetti
Alto imperi, e presiedi infra' Beati;
E prepari de' tempi i casi, e affretti
I secoli al rotar d'anni e d'etati.
Salve, o Fattor d'universali obbietti;
Salve, o Conservator: co' rai pacati
Noi mira e 'l germe uman, chè 'l tuo morire
Schiuse il Cielo, ed al Padre infranse l'ire.

CXXXIII.

Sì gli Apostoli lieti insu quei liti
Estollevan al Cielo orrevol canto,
E più giovani insiem con essi uniti:
Ma in tanta gioja pur, fra gaudio tanto
Non eran anco di temenza esciti,
Nè loro avea celeste ardor frattanto
Avvalorato il cor; chè anco ne' voti
Neri spechi solean ritrarsi ignoti.

Sicut ubi accipiter celsa de sede columbam
Sustulit apprensam, quam rostro evisceret unco,
Diffugiunt aliae huc, illuc; mox turribus imis
Condunt se celeres, et inania murmura miscent.
Haud illi secus attoniti post funera Regis,
Inclusi tecto stabant, promissa magistri
Coelo expectantes venturum Numen ab alto.

Jamque aderat promissa dies, deciesque tenebras
Flammifera Sol exoriens face ab orbe fugarat:
Cum Pater omnipotens coeli regione serena,
Sydera purpureo reficit qua purior aether
Lumine, Caelicolûm in medio media arce sederet,
Tempora dispensans, secretaque foedera mundo,
Cui se tum exutus moribundos Filius artus,
Diffulgens radiis, ac mira luce coruscus
Obtulit, et magno Genitorem affatus amore est:

O Pater, est sociis tandem succurrere nostris
Tempus, ait, quos, amisso duce, protinus omnes
Acer agit timor huc illuc, atque omnia terrent
Imbelles, quoniam mortali corpore creti.
Discute terrorem hunc animis, et pectora firma;
Ne casus nequeant alacres procurrere in omnes.
Illis me propter Solyme, Judaeaque passim
Insidias infensa odiis molitur iniquis.

CXXXIV.

Come, quando ghermisca e squarci a brano
La timida colomba augel rapace,
Di qua, di là da quel furore insano
Si riparano l'altre, e 'l becco edace
Sfuggono, in torri brontolando invano.
Così, morto il Signór, lo stuol seguace,
Che 'l promesso suo Nume attende, inchiuso
Stassi nel tetto, da timor confuso.

CXXXV.

Già già chiariva il desïato giorno;
Chè dieci fiate il Sol dell' ombre i giri
Spogliati aveva con la face intorno;
Quando al Gran Genitor che tra gli Spiri
Nel Cielo più seren, nel bel soggiorno
Parte i tempi, ed impera, i suoi desiri
Apre l'Almo Figliuol cinto di lume,
E ricolmo d'amor tai detti assume:

CXXXVI.

A' seguaci deh! porgi, o Padre aita:
Spento il loro Pastor, gli spinge ognora
Quinci e quindi il timor, la via smarrita,
Mentre mortali son: deh! gli avvalora:
Fuga tale terror; sì che la vita
Espongano a' sinistri, e lieti ancora.
Tutta d' odio ricolma or trame orrende
Per mia cagion la ria Giudea lor tende.

Tu tamen hos olim fore, qui praestantibus ausis
Per gentes canerent nostrum indelebile nomen,
Quacumque oceano terrarum clauditur orbis,
Et populos nova conversos ad sacra vocarent,
Pollicitus Genitor; tibi nec sententia mutat.
Hos (quando coeli demum non abnuis arcem)
Ipse ego saepe tua fretus pietate labantes
Firmavi, implevique animis:

siquidem affore olympi
Promisi auxilium subito, et tutamen ab arce,
Quo freti reges, regumque minacia jussa
Contemnant, alacresque ruant in funera leti
Sponte sua verae pro relligionis amore.
Sic fatus, palmas ferro ostentabat acuto,
Trajectosque pedes, et hians in pectore vulnus,
Sertaque, et hamatos vepres, quos hostia gessit.

Annuit oranti, delibansque oscula Nato
Reddidit haec Pater aeterno devinctus amore:
Jam concessa petis: dabitur tibi, Nate, quod optas:
Promissa (ne tende manus) afflabimus aura:

CXXXVII.

Ma promettesti, nè la diva Mente
Unqua cangiar si può, che sian eletti
Con coraggio il tuo Nome a far patente,
Ovunque i liti ha intorno il mar costretti,
E 'l novo rito a divulgar. Sovente
A cotesti (se alfin gli eccelsi tetti
Loro non nieghi), a tua Bontà poggiato,
Confortai vacillanti il cor turbato.

CXXXVIII.

L'assistenza promisi io lor dal Cielo,
Sì che i Re disprezzando, ilari e forti,
Il vero culto a sostener con zelo,
Gissero incontro a tormentose morti.
Ciò detto; a' piè e alle man d' acuto telo
Anzi a' lumi del Padre i fori ha porti,
Dalla lancia ferale il lato aperto,
E di dumi crudeli il diro serto.

CXXXIX.

Acconsentisce il Genitor Superno,
E, baciando il Figliuol, tra cari amplessi
Gli risponde ripien d' amore eterno:
Figlio, richiedi un don che già concessi:
Quanto brami, tant' è nel tuo governo.
Gli almi Divini ardor da te promessi
(Lascia di più pregar) ne' figli tuoi
Omai ne inspirerò, come tu vuoi.

Quo suis atque viros nostros flammabimus igni,
Ut pro te blandae projecto lucis amore
Non ferrum, aut flammas metuant, morsusve ferarum,
Aut crinita rotis circum laniantibus haustra;
Quique reformidant nunc omnes aeris auras
Objicient certis alacres se sponte periclis
Pugnando, et claras animas de corpore reddent
Contemptu necis, et vera virtute superbi.

Non illos aestus, non illos frigora sistent,
Letiferum aut campos cum sydus findit hiulcos,
Caerulea aut glacie cum nectit flumina bruma:
Verum ultra Gangem auditi, Bactra ultima supra,
Ismara, Bistoniasque plagas, Serasque, remotos
Gadibus, et virides penetrabunt voce Britannos.
Implebunt terras monitis, et cuncta novantes
Templa pererrato statuent tibi maxima mundo.

Ad tua mutatae properabunt nomina gentes,
Divisae penitus toto orbe per aequora gentes;
Saeclaque conversis procedent aurea rebus:
Quae tibi saepe ego pollicitus, scisque omnia mecum.
Nec tantum tua, Nate, piis haec vulnera olympum
Nunc pandi meruere nigra quos nocte premebat
Insontes primi scelus exitiale parentis;
Verum alios mox, atque alios per saecula coelo
Efficient dignos, sua quos commissa piacla
Sydereis procul arcebant a sedibus olim.

CXL.

Così gli accenderò, che 'l dolce amore
Della vita spregiando, unqua non scuota
Ferro o fiamma i lor petti, od alto orrore
D' edace belva o lacerante rota.
Quegli ancor che de' venti or han timore
Terran lieti la salma a' rischi immota:
Combattendo morran fra crucci fèri,
Ma di salda virtù ben paghi e alteri.

CXLI.

Non ghiado o caldo allor ch' avversa stella
Fenda il campo, o la bruma addensi il fonte,
Gli arretrerà; ma in questa piaggia e in quella
Penetreranno: all' Ismaro bifronte
E al Gange tuonerà l' alma favella,
A Seri, ad Angli e al Gaditano monte.
Di dogmi l' Orbe colmeranno, e gli empii
Delubri cangeranno in nostri tempii.

CXLII.

Quante il mar ne divide intorno intorno,
Tutte al tuo Nome accorreran le genti;
E 'l secolo dell' òr farà ritorno:
Tali promesse già ti son patenti.
Come i Giusti che fur nel rio soggiorno
Per nera colpa de' primier Parenti,
Sì gli altri ancor pe' proprii falli indegni
Faran poscia del Ciel tue Piaghe degni.

Tanta tuae merces, ea vis, ea gratia mortis.
Atque adeo quodcunque homines ab origine rerum
Admisere, aliis quicquid peccabitur annis,
Huc coeat, satis illa tui pars parva, superque
Omnia diluere, prorsusque abolere, cruoris.

Quin etiam mox tempus erit, cum scilicet olim
Tercentum prope lustra peregerit aethereus sol,
Tum veri Grajûm obliti mendacia vates
Funera per gentes referent tua carmine verso;
Atque tuis omnes resonabunt laudibus urbes,
Praesertim laetam Italiae felicis ad oram:

Addua ubi vagus, et muscoso Serius amne,
Purior electro, tortoque simillimus angui,
Qua rex fluviorum Eridanus se turbidus infert,
Moenia turrigerae stringens maletuta Cremonae,
Ut sibi jam tectis vix temperet unda caducis.

CXLIII.

Tanto è 'l premio dell' uom, tanto il favore;
E degli affanni e de le gravi pene
Di tua morte feral tant' è il valore.
A quante macchie il reo mortal s' attiene
Da che il Mondo apparì finchè l' Autore
In polve il volgerà! più che l' arene
Quelle fossero, appien l' asterge solo
Del tuo sangue una stilla, o mio Figliuolo.

CXLIV.

Tempo verrà, quando abbia il Ciel percorso
Trecento lustri il Sol, che accorti Vati,
Lasciando già di Greche fole il corso,
A ridir tuoi dolenti avversi fati,
Lo spietato morir, faran concorso.
Tua laude intronerà ville e cittati;
E più che altrove sonerà canora
Nell' Italo confin la tromba allora:

CXLV.

Ove l' Adda il cammin vago dechina,
E, qual angue serpendo, in verde letto
Travolve il Serio pur la cristallina
Onda su lito fertile e diletto:
Ove mescesi il Po, che la vicina
Turrigera Cremona in gran dispetto
Torbo assale così, che, mal difesa,
Pare tuttora accelerar sua resa.

Illic tum, nivei velut inter nubila cycni,
Omnibus in ripis pueri, innuptaeque puellae
Carmina casta canent, mixtique in gramine molli
Laudibus incipient certatim assuescere nostris,
Et teneri prima coetus te voce sonabunt.
Haec tibi certa manent: haec vis movet ordine nulla.
Sic fatus, dulcem Nato inspiravit amorem.

Interea scelus infandum pellacis Iudae
Multa execrantes, socii se ad jussa parabant
Munera, diversas sortiti protinus oras,
Quas peterent, moresque novos, nova sacra docerent:
Quove autem patribus bissenis caetera, ut ante,
Pareret pubes, numerum, sanctumque senatum,
Quod superest, supplent:

sociisque ex omnibus unus
Sortitu gaudes tanto praelatus honore,
Matthia, obscurum genus, et sine luce propago.
Tum cuncti inter se moesti sic ore precari:
Si nunc, si nobis aurae caelitus almae
Halitus omnipotens patefacto aspiret olympo!
Quandoquidem toties nobis Deus omnibus illum
Auxilio fore pollicitus: sane omnia vera
Praedixit; defit veris hoc hactenus unum.

CXLVI.

Là, quai cigni pel Ciel, saranno intenti
E vergini e garzon su erbosa riva
Santi versi a cantar con bei concenti:
Ergeranno i bambini ancor gli evviva,
Nostro Nome invocando a' primi accenti.
Tant'è certo avvenir; nè forza attiva
Rimoverlo potrà. Soave Amore
Gl'inspirò, sì dicendo, il Genitore.

CXLVII.

Esecrando i suoi soci intanto uniti
Dell' infame compagno il gran delitto,
Accingevansi a gir ne' varii liti,
Al grave incarco che fu lor prescritto
D'introdur nove leggi e novi riti.
Dovendo gli altri, come pria fu scritto,
A dodici obbedir, compion l'espresso
Novero già del sacro lor Consesso.

CXLVIII.

O Mattia, su di te, bench'uomo ignoto
(Godi del sommo onor) cadeo la sorte.
Indi innalzan così dolenti il voto:
Oh la div' Aura, onnipossente e forte,
Come il Duce sovente a noi fe noto,
Venisse alfin, dischiuse al Ciel le porte!
Quanto un dì ne predisse, Ei tutto fenne:
Questo solo favor non anco avvenne.

*

Talia suspensi secum aegra mente serebant.
Ecce autem coeli ruere ardua visa repente,
Et Superûm tonat ingenti domus alta fragore.
Suspiciunt: nova lux oculis diffulsit, et ingens
Visus ab aethereo descendere vertice nimbus
Lucis inardescens maculis, tectumque per omne
Diversi rumpunt radii:

tum innoxius ignis
Omnibus extemplo supra caput astitit ingens,
Et circum rutilis incanduit aura favillis;
Stricturis veluti crebrae crepitantibus olim
Dissiliunt scintillae, acres dum incudibus ictus
Alternant chalybes, robustaque brachia tollunt
Candentem curva versantes forcipe massam.

Nam Pater omnipotens, superaque aequaevus ab arce
Filius aspirant una omnipotentibus auris,
Infunduntque viris Numen. Deus ecce repente,
Ecce Deus: cunctis Divinitus algida corda
Incipiunt afflata calescere: Numine tacti
Implentur propiore viri, sacrumque furorem
Concepere, Deumque imis hausere medullis.

CXLIX.

Tanto quegli volvean dubbiosi e mesti ;
Quando escir ne sembrò dell' asse in fuore
La gran volta dell' Etra , e de' Celesti
La magione tuonò d' alto fragore.
Ergono i rai maravigliosi e presti ,
E gli abbacina allor novo fulgore :
Scende dal Ciel d' ignite strisce un fiume ,
Tal che par ch' irraggiando il tetto allume.

CL.

Poggia a tutti sul capo un foco ardente ,
E stassi innocuo a sfolgorar faville ;
Come scattano fuor d' una rovente
Massa di ferro stridule scintille ,
Quando alterna il martel grave e furente
Su dura incude mille colpi e mille ,
E aggiran fra tanaglia adatte braccia
Il torrido lavoro che si schiaccia.

CLI.

Chè in un col Padre l' Alma Prole eguale ,
Del reciproco Amor dall' alto Empiro
Giù rapido spignendo il santo strale ,
Manda su quegli il settiforme Spiro.
Ecco il Nume presente , e' cor n' assale
E ne riscalda col celeste spiro :
Già son pieni d' ardor : la sacra possa
Ha ricolmi finanche i nervi e l' ossa.

Nec mora, nec requies: ter scintillantibus igneis
Terrifico radiis fulgore, ter alitis aurae
Turbine correpti blando flammantur amore,
Ignescuntque animis, atque exultantia cunctis
Exercent acres stimulis praecordia motus.
Diffugiunt animis terrores: mira loquuntur,
Mira canunt: eadem variis (mirabile dictu)
Gentibus accipitur vox haud obscura, sibique
Quisque videbatur patrias haurire loquelas.

Multi tunc ierant variis huc partibus orbis
Sacrorum studio, visendaeque urbis amore,
Solennem quae luce illa celebrabat honorem,
Quinquaginta actis post orgia prima diebus,
Orgia, cum mensis epulandum apponimus agnum.

Hic sua verba audit tellure Libisside cretus;
Hic Galli sua, Romulidae, Parthique, Scytaeque;
Nec non subjecti glaciali sydere Thraces,
Afrique, Cretesque, Phrygumque e gente profecti,
Atque Indi, atque Arabes, et arenivagi Garamantes.

CLII.

Posa o indugio non v' ha : tre fiate assorti
Da quel foco ne son tanto raggiante ,
E gl' infiamma un amor soave , e forti
Moti pungono il core in sen festante.
Gran cose accinti a dir son tutti scorti :
Ed (oh portento non mai visto avante !)
Intendono le genti il loro dire ,
E pare a ognun la sua favella udire.

CLIII.

Molti popoli allor erano accorsi
In gran folla colà dal suol natio ,
Che amor di religion sospinse , o forsi
D' ammirar la Città vago desio
Per la pompa del dì , dopo già scorsi
Cinquanta giorni da che sacra a Dio
Fu la primiera più solenne festa ,
Quando in uso l' agnel la mensa appresta.

CLIV.

Ode gli accenti del parlar nativo
Chi surse in Libia infra gli ardenti liti ;
Odono i Galli e col Roman l' Argivo ;
Quegli che al polo glacïal son siti ,
Traci invitti già sacri al Dio Gradivo ;
Gli Africani e Cretensi e Parti e Sciti ;
I Frigi e gl' Indi pur , gli Arabi erranti ,
E più vaghi di loro i Garamanti.

Mirantur cuncti ; circum mirantur et ipsi :
Namque hominem velut exuti , moribundaque membra ,
Mente domos coeli peragrant , atque aethera apertum
Intenti , et Superûm taciti sermone fruuntur.
Jamque canunt ventura : animis Deus expulit atram
Lustrans corda intus nubem , quae corpora circum
Caligatque , hebetatque humanas humida mentes.

Quosque modo durae mortis formidine turpi
Speluncis atris terrebant omnia clausos ,
Liberius nunc luce palam , atque licentius audent
Terrorum expertes , nec jam mortalia curant :
Non ferrum , aut flammas metuunt , morsusve ferarum ;
Sed Regem vulgo testantur morte peremptum
Immerita , genus aethereo deducere olympo.

Jamque pudet metuisse omnes ; animosaque leti
Spes magis , atque magis viget acris Numinis haustu.
Haud secus ac crebris cum rimis terra dehiscit ,
Cum sitit omnis ager , tum quae morientia languent
Gramina ; caeruleus si coelo venerit imber ,
Continuo attollant rursus capita , arvaque ponant
Squalorem , redeatque decor suus omnibus agris.

CLV.

Stupiscon tutti: anch' essi son sorpresi,
Che quasi esciti del corporeo frale
Son de' Divi al parlar silenti intesi,
Fissa la mente a le celesti sale.
Con almo profetar fan già palesi
I secoli avvenir; chè l' Immortale
Il nebuloso vel fugò che ingombra
L' umano cor con paventevol' ombra.

CLVI.

Quei che morte temean pocanzi ascosti
Negli spechi d' orror, di là ritratti,
Intrepidi sen vanno infra' lor osti
A cielo aperto, ardimentosi or fatti:
A brandi, a belve e accese pire esposti,
Da temenza non più sono disfatti;
Divulgano tuttor dal Paradiso
Giù disceso il lor Rege, e a torto anciso.

CLVII.

D' aver temuto già rossor gli pinge:
Da che del divo Ardor ricolmi furo,
Più s' inforza il desir di morte, e spinge.
Così l' erba in un suol crepato e duro
Per lunga estate di pallor si tinge;
Ma se piova ne vien da nembo oscuro,
Sen fugge lo squallor dal campo allora,
Si rizza l' erba, si rinverde e infiora.

Ergo abeunt varias longe lateque per oras
Diversi; laudesque canunt, atque inclyta vulgo
Facta Ducis; jamque (ut vates cecinere futurum
Antiqui) illorum vox fines exit in omnes.
Audiit et si quem medio ardens aethere iniquo
Sydere desertis plaga dividit invia terris,
Quique orbem extremo circumsonat aequore pontus.

Continuo ponunt leges, moremque sacrorum
Urbibus: infectum genti lustralibus undis
Eluitur scelus, et veteris contagia culpae;
Relligioque novas nova passim exuscitat aras.
Protinus hinc populos Christi de nomine dicunt
Christiadas: toto surgit gens aurea mundo,
Saeclorumque oritur longe pulcherrimus ordo.

FINIS.

CLVIII.

Pertanto in vari e ancor lontani liti
Del lor Duce le lodi e l' alte gesta
Vanno dintorno a pubblicar partiti;
E, come il prisco profetar contesta,
I lor sensi si son dovunque uditi.
Gli udì chi in piaggia calorosa infesta
Sotto torrida zona i dì ne mena,
E chi ne' poli è su ghiacciata arena.

CLIX.

Dan leggi e riti a le città repente;
E con onda lustral che tutto asterge
Dell' avito fallir purgan la gente.
Novella Religion per tutto n' erge
Novi templi ed altar: quindi si sente
Il nome di Cristian da Cristo, e emerge
Gente eletta nell' Orbe, e più bel corso
Di secoli succede al tempo scorso.

FINE DEL SESTO ED ULTIMO CANTO.

A S. E. R

MONSIGNOR COLANGELO

PRESIDENTE DELLA PUBBLICA ISTRUZIONE.

Eccellenza

Copia ec. A Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Colangelo Presidente della Giunta per la Pubblica Istruzione = Eccellenza = Nel leggere attentamente la traduzione in ottava rima della *Cristiade di Girolamo Vida da Cremona* fatta dal signor D. Domenico Bartolini, già noto tra' dotti per altre sue letterarie amene produzioni, trovo che ha mostrato in questa al pari delle altre la sua erudizione, la profonda conoscenza della propria lingua, e la facilità ed eloquenza della sua rima. = Può V. E. Reverendissima degnarsi permettere che si dia alle stampe, non contenendosi in essa cosa, che alla S. Religione Cattolica, alla sana morale, ed a' Reali dritti sia contraria = Dato dalla Real Biblioteca Borbonica 18 Gennaro 1833. = Di V. E. Reverendissima = Divotiss. ed Obblig. serv. Cav.^r Francesco de Licteriis.

Napoli 23 Gennajo 1833.

PRESIDENZA DELLA GIUNTA

PER

LA PUBBLICA ISTRUZIONE.

Vista la dimanda del sig. Giovanni Martin con la quale chiede di voler stampare l'Opera intitolata = *La Cristiade di Marco Girolamo Vida da Cremona*, tradotta in 8. rima dal signor D. Domenico Bartolini;

Visto il favorevole parere del Regio Revisore signor D. Francesco Cav. de Licteriis;

Si permette che l'indicata Opera si stampi, però non si pubblichi senza un secondo permesso, che non si darà se prima lo stesso Regio Revisore, non avrà attestato di aver riconosciuta nel confronto uniforme la impressione all'originale approvato.

Il Presidente
M. COLANGELO
Pel Segretario Generale,
GASPARE SELVAGGI.

ERRORI CORREZIONI

NEL LATINO

pag:	ver:		
14	7	montinagumque........	montivagumque
102	4	Hubera................	Ubera
246	4	lachrymosis............	lacrymosis
290	5	tumultum..............	tumulum

NELLA VERSIONE

21	11	Pende................	Piega
25	7	Ciunto................	Giunto
29	4	Dello..................	Dallo
101	3	Sovviemmi.............	Rammento
173	3	elice...................	allarga
221	16	si.......................	sì

